



37
SPECIMEN
PRÆLECTIONUM PUBLICARUM
ANALYTICO-
PHILOLOGICO-
THEOLOGICUM

PROLIXIUS

In Caput IX. Genesis,

SISTENS

Rationem S. Literas ordinatè, solidè ac ad
Ædificationem in Fide tractandi,
Publicarum

à

JOH. HENRICO HOTTINGERO

S. Theologiæ Doctore, Professore

ac Pastore Heidelbergensi

Ordinario.

ak



S P I R Æ, Typis Gustavi Rostii.

ANNO MDCCCXXXII.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



Solidis, Prudentibus ac Piiis S. Literarum Scrutatoribus Spiritum Sapientiae & Revelationis adprecatur

Joh. Henricus Hottingerus.



Summi Pretii *ΥΠΕΡ* Depositorum esse S. Scripturam Sapientes & Pii omni Tempore confessi sunt. Est enim purus Veritatum ad Pietatem & Spem Vitae Aeternae ducentium Fons. Est quoque tutus *ΨΑ* Clypeus, qui Tela Hostium salutis repellit. Est insuper *ΓΛΑ* Gladius discipus, discicans, quos Ratio & Auctoritas humana necit, Errores. Praestantiam S. Literarum *κατὰ μέρος* pandit Sanctus Paulus, quando ait: *Utilis est Scriptura* *πρὸς διδασκαλίαν* docendo veritates, *πρὸς Ἐλεγχον* Errores in Lucem protrahendo ac ad Conscientiam manifestando, *πρὸς ἐπιτιμίαν* mores curvos corrigendo & rectificando, *πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ* instituendo ac regendo Liberos DEI, ut omnem Justitiam sciant ac exprimere sincerè contendant. Vid. II. Tim. III. 16.

Agnoverunt praestantes hos Usus priorum saeculorum Patres, maximè dimittentes cum iis, qui alia docuerunt. Unde *Σοφῶς* Augustinus contra Maximinum Arrianum: *Nec ego Nicenum, nec Tu debes Arminianense, tanquam praedicatoris, proferre Concilium. Nec ego hujus Auctoritate, nec Tu illius detineris. Scripturarum Auctoritatibus non quarumcunque propriis, sed utrisque communibus Testibus: Res cum Re, Causa cum Causa, Ratio cum Ratione concertet.* Hoc ipsum à Tempore Reformationis urserunt urgentque qui Protestantes in Ecclesia Christiana audiunt, Literas sacras pro perfecta Rerum Fidei, Morum & Cultus Regula ac unico infallibili Controversiarum Judice in Terris commendando. Et sanè hoc optimum Medium esset, quo Christianismus discissus, DEO Benedicente, sensim uniri posset. Quandiu enim Scripta Ecclesiastica, Libri synoplici, Syll

X



Systemata Ecclesiarum dissidentium seu infallibiles Controversiarum Judices & indubitati Canones Christianos inter absolute & citra liberum Examen dominantur, Lites & dissidia haud quaquam minui & tandem tolli queunt, quin Immortalia manent, crescunt ac amaros gigunt Fructus. Tum demum Pacis Ecclesiasticae spes affulgebit, si in *Oportati* spiritu ambulamus ac ingenuè fatemur. *Nemo Vobis credat. Nemo Nobis. Omnes contentiosi sumus. Quarendi itaque sunt Judices, Prophetæ scil. & Apostoli, Canonice, licet non ore, de Rebus Fidei verè judicantes.*

Hinc clarè sequitur non alios Theologos Rei Christianæ majus adferre Commodum, quam qui Labores suos sacris Literis candidè ac rectè scrutandis consecrant impenduntque. Nollem quidem asserere nullum systematum in Ecclesia Christiana usum esse. Utiq; Utilitatem præbent, quæ ex sacris desumpta sunt. Attamen purius ex ipso Fonte bibuntur Aquæ. Negari nequit haud rarè extra Contextum allegari Spiritûs S. dicta ac ad proprias Positiones confirmandum torqueri.

At dices: Malum consimile in illis notari, qui scripta Prophetarum & Apostolorum tractant exponuntque. Dissidere & hos in sensu scripturæ dando, sensum latentem sæpius non ervere, sed proprium inferre. Novi & hoc Interpretum Partibus suis malè addictorum vitium. Scio, nullum Laborem tam salutarem & præstantem esse, quem Mala ingenia corrumpere nequeant. Attamen in liquido esse arbitror Viam ad veritates, Mores & Cultum Christianismi cognoscendum ac tradendum certiore haud existere, quam bono Animo, Mediis rectis S. Scripturam legere, evolvere, ac aliis communicare. Quod enim Interpreti observatur, *Θεὸς ἕρμηνεύει* est, Verum, Sanctum, Bonum. Interpretes, qui Apibus similes, non nisi vera, sancta, Bona sugent.

His ac similibus Argumentis moti, qui Nasiræos in Usum Sanctuarii formare, divinâ Providentiâ postulante, tenentur, prudenter Laboribus Exegeticis distinerentur, quorum Vestigia ab aliquo Tempore, quantum vires & concenati Labores permiserant, legi. Hoc ipsum poscunt à me statuta Facultatis, seu quæ mihi mandant V. Testamenti Publicam Expositionem ex ipsa scriptura & Fonte Hebræo instituendam, eo Fine (liceat uti ipsis Statutorum verbis) *Da mit die Studiosi nicht allein solcher Sprach Art und Eigenschafft sich gewöhnen/ und so viel desto mehr Lust und Liebe gewinnen/ dieselbe in ihrer Jugend recht aus dem Fundament zu lernen/ sondern auch hernacher mit mehrerer und grösserem Verstand die Versiones gegen einander halten und judiciren können.*

Quando.

Quando verò Ratio Scripturam explicandi variare solet, Expertorum Consilia & Judicia expiscaturus Specimen hoc publicare constitui. Reperis, qui se totos dant sensui literali inveniendo. Reperis alios, qui neglecto sensu literali, eum quem vix ullo habent loco, Theologica varii generis, speciatim profundiora, Controversa, Mystica inquirunt inculcantque. At laboris mei Exegetici triplex dos est, Philologica scilicet, Analytica & Theologica.

Et quod Philologicam attinet, eam minimè aspernor. Sacræ enim Literæ Linguis Hebræâ, Chaldaicâ & Græcâ conscriptæ sunt. Quando verò literæ rerum signa sunt, frustra res scrutaberis signis neglectis. Nullatenus fieri potest, ut sis bonus Exegeta ac Theologus, si malus Philologus. Imprudenter quidem in Philologicis subsistimus. At prudenter & tutò per Philologiam ad Theologiam assurgimus. Avidus nuclei corticem frangere debet. Quando verò plures voces Originaliales habitâ significatus ratione claræ certæque sunt, studio illas excutere omisâ. Plurimum non alias expono quam difficiles vel in se, vel in constructione, Emphaticas, & quæ ad ritus aut Historiam ducunt.

Hæc pars facilem ac certum aditum ad emendationem Versionis ordinariæ, quam *Luthero* debemus, dat. Prorsus iis assentio, qui operam *Lutheri* in Bibliis transferendis laudant ac attollunt. Nec alii magis laborem ejus æstimabunt, quam qui circa consimilem occupati sunt ac ex experientia norunt, quid sit Hebraica convertere in vernaculam Linguam. Attamen habendi sunt & indocti & invidi ac hostes laudabilis profectus in sacris, qui illorum more, quos reprehendere solemus. Versionem memoratam Canonicam quasi habent ac ab emendatione immunem. Ipse Celeberrimus Translator mea laude major, rectius & magis candidè de opera sua judicaverat. Vides statim in fronte speciminis Specimen emendationis meæ, lateri ordinariæ Versionis & diversis, quæ mutanda videbantur, typis descriptæ appositum, ut facilè & sine labore differatam cernas. Quæ mutavi, posses in tres classes dispescere. Quædam ex iis emendationem simpliciter possunt & cum Textu Originali stare nequeunt. Alia probabiles correctionis rationes continent, Alia denique rectiorem nexum rationem habent, ut ipse exempla reperies.

Altera pars Analytica est & comprehendit tum capitis summam, tum partes & membra, vel etiam articulos. Qui sciunt, quantum lucis ac roboris ad Scripturam rite intelligendam ex *synopsi* oriatur, ii nec hanc partem spernent, quin potius probabunt Sacrarum Literarum Cultores institui in disponenda Scripturæ Analyti, plenioris explicationis perutili Typo.

Tertia




Tertia docet varii generis observationes formare. Studio hic abstinere à pleniori rerum Theologicarum commentario & deductionibus, quales in Systematibus, Concionibus vel Dissertationibus prostant. Instituti, cujus in prælectionibus habenda est ratio, ejusmodi prolixitatem non admittit, ac etiam prohibent statuta nostra. Paululum exercitati ac meditationibus assueti sine magno labore observationes breviores deducunt, illustrent, probant. Nolui tamen profus hanc partem omittere. Jejuna nimis & frigida Scripturam tractandi ratio illa mihi videtur, quæ Sacra ad respicientiam, fidem, sanctitatem, prudentiam aliosque bonos mores referre profus negligit. Juvenes, qui instituendi sunt & ætate ac vivendi genere à seriis alieni, parte hac omisso, magnum & privatum & publicum subeunt damnum. Verbum DEI legunt & tractant ut librum Historicum, Philosophicum, Philologicum, qui intellectui perficiendo datus, non verò voluntati flectendæ & sanctificandæ. Promoti & cœtibus præfecti iidem officiorum inculcandorum justo minorem curæ habent ac non sine difficultate Auditorum conscientiam excutere norunt. Quare, ut Nasirzi *perfecti homines DEI ad omne bonum opus consummati* evadant, in ipso Academico curriculo tali methodo rectè manuducuntur.

Aperi Tibi B. L. Prælectionum mearum, quarum specimen hic habes, Rationes. Si quæ mutanda, addenda, adimenda Tibi videntur, rogo moneas me amicè & cum judicio. Gratus consilia Tua agnoscam atque etiam iis obsequar, quantum licet.

Priusquam præfari desino, hoc unicum addo me hoc in labore non querere, nec etiam promittere tara, inaudita, sublimia, contentiosa sed ædificationem in sancta fide ad salutem intendere methodo non incertâ ac inordinatâ. Existimo enim haud parum illos studiis Sacris ac formationi futurorum Pastorum obesse, qui clara, gravia, utilia dogmata ac morum præcepta fastidiunt, aucupantur verò nonnisi obscura, vana, jactabunda, nullam ædificationis & salutis vim continentia. Faxit Gratosum Numen ut sapientis Pauli Monitum Christianes inter, maximè Pastores & Professores, valeat. *De his (Evangelicis vim convertendi, justificandi comprehendentibus) firmus sis volo, ut qui DEO crediderunt, felicitati sint bonis operibus præesse. Hac sunt pulchra ac utilis hominibus. Similes vero quæstiones & genealogias & lites ac pugnas legales omisso. Sane enim inutiles & vana.* Scripsi Heidelbergæ. Die VIII. Aprilis. Anno MDCCXXXII.

Capi-



Capitis Noni in Genesi VERSIO

Ordinaria Lutheri

¶ 1. **U**nd **G**OTT segnete
Noa und seine Söh-
ne/ und sprach: seyd frucht-
bar / und mehret euch / und
erfüllet die Erden.

¶ 2. **E**uere Furcht und Schre-
cken seye über alle Thiere
auf Erden/ über alle Vögel
unter dem Himmel/ und über
alles / was auff dem Erds
Boden krecht/ und alle Fi-
sche im Meer seyen in euere
Hände gegeben.

¶ 3. **A**lles was sich reget und le-
bet/

Emendatā.

¶ 1. **G**ERNACH ^(a) segnete
GOTT den Noa und
seine Söhne / und sprach
zu ihnen: ^(b) seyd frucht-
bar / und mehret euch / und
erfüllet die Erde.

¶ 2. **A**UCH ^(c) seye euere Furcht
und Schrecken über alle
Thiere DER ^(d) Erden/ über
alle Vögel des Himmels/
^(e) über alles / was (auff)
dem Erdboden sich betwe-
get / ^(f) und über alle Fi-
sche des Meers: in euere
Hände sind sie gege-
ben. ^(g)

¶ 3. **A**lles was sich reget/ was
A lebet/

Brevēs rationes Emendationis.

Ad ¶ 1. (a) Clarior nexns ita indicatur. Seb. Schmid. (b) vid. T. O. Textus Originalis
¶ 2. (c) ¶ Enim hic non videtur redundare. Notio auch continuationem Benedi-
ctionum docet Thren. III. v. 32. (d) T. O. (e) T. O. אַרְבָּעָה אַיִם Aves
recte dicuntur Caelorum. Sunt enim in caelo. (f) T. O. Nam vocis
אֶרֶץ generalior Notio *Movere se* rectius quadrat, quam repere *Fructi-*
phen.

*Ordinaria Lutheri.**Emendata.*

bet / das seye eure Speisse/
wie das grüne Kraut habe
ich euch alles gegeben.

lebet (*h*) seye eure Speisse
se / wie das grüne Kraut/
habe ich euch DAS (*i*) alles
gegeben.

†. 4. Allein esset das Fleisch nicht/
das noch lebet in seinem
Blut.

†. 4. Allein esset nicht das Fleisch
(*k*) mit seiner Seele/
welche sein Blut.

†. 5. Dann ich will auch euers
Leibs Blut rächen / und
wills an allen Thieren rä-
chen/und will des Menschen
Leben rächen an einem jeg-
lichen Menschen / als der
sein Bruder ist.

†. 5. So (*l*) will ich auch
euer Blut/so vor euere
Seele ist/ fordern / von
allen Thieren [*m*] will
ich es fordern/[*n*] von
dem Menschen / [*o*]
selbst [*p*] von einem
jeglichen seinem Bru-
der will ich die Seele
des Menschen fordern.

†. 6. Wer Menschen Blut ver-
geußt / des Blut soll auch
durch Menschen vergossen
werden: Denn Gott hat
den Menschen zu seinem
Bild gemacht.

†. 6. Wer Menschen Blut ver-
geußt / des Blut soll auch
durch den Menschen vergos-
sen werden/ denn (*q*) Er
hat den Menschen zu Got-
tes Bild gemacht.

†. 7. Seyd fruchtbar und mehret
euch

†. 7. Ihr aber (*r*) seyd frucht-
bar

Ad †. 3. (*h*) T. O. (*i*) T. O. & Nexus.

†. 4. (*k*) T. O. vid. Not. Philog. 1. ad h. †.

†. 5. (*l*) T. O. vid. Not. Phil. 1. 2. ad h. †. (*m*) T. O. (*n*) T. O. †.

(*o*) Rei distinctio. (*p*) T. O. vid. Not. Philol. 5. ad h. †.

†. 6. (*q*) Poscit rei Naturam.

†. 7. (*r*) T. O.

Versio

Ordinaria Lutheri.

euch / und reget euch auff
der Erden/ daß euerer viel
drauff werden.

7. 8. Weiter sagte Gott zu Noa
und seinen Söhnen mit ihm
me:

7. 9. Siehe/ ich richte mit euch
einen Bund anff/ und mit
eurem Saamen nach euch.

7. 10. Und mit allem lebendigen
Thier bey euch/ an Vögeln
an Viehe / und an allen
Thieren auff Erden bey
euch/ von allem/ das aus
dem Kasten gegangen ist/
wasserley Thiere es sind/
auff Erden.

7. 11. Und ich richte meinen Bund
also mit euch auff/ daß hin-
fort nicht mehr alles Fleisch
verderbet soll werden mit
dem Wasser der Sündfluth/
und soll hinfort keine Sünd
fluth

Emendata.

bar / und mehret euch / (s)
pflanzet euch in der
Menge auf Erden fort/
und werdet darauff vermehret.

7. 8. Weiter sagte Gott zu Noa
und seinen Söhnen mit ihm
(t) und sprach:

7. 9. Und ich / (u) (ia) (w) siehe
(x) ich richte meinen (y)
Bund mit euch auf / und mit
eurem Saamen nach euch.

7. 10. Und mit aller lebendigen
(z) Seele / die bey euch; an
Vögeln / an Viehe und al-
len (a) wilden Thieren der
Erden / von allem was aus/
dem Kasten gegangen ist
wasserley Thiere (b) der
Erden es sind.

7. 11. Und richte meinen Bund
(c) (also) mit euch auf / daß
hinfort nicht mehr alles
Fleisch soll verderbet wer-
den (d) von den Wassern
der gleichen Sündfluth /
und

¶ 2

Ad 7. 7. (s) Notio specialior pro Circumstantiis.

7. 8. (t) T. O.

7. 9. (u) T. O. (w) In Parenthesi additur ob majorem emphasiam, quam
nexus possit. (x) T. O. (y) T. O.

7. 10. (z) T. O. (a) T. O. vid. Not. Philol. ad h. 7. (b) T. O.

(c) T. O. (d) T. O. vid. Not. Philol.

Verſio

Ordinaria Lutheri.

Fluth mehr kommen / die
die Erde verderbe.

†. 12. Und Gott sprach : Das
ist das Zeichen des Bundes/
den ich gemacht habe zwis-
schen mir und euch / und al-
lem lebendigen Thier bey
euch hinfort ewiglich.

†. 13. Meinen Bogen habe ich
gesetzt in die Wolcke / der soll
das Zeichen seyn des Buns-
des zwischen mir und der
Erden.

†. 14. Und wann es kommt / daß
ich Wolcken über die Erden
führe / so soll man meinen
Bogen sehen in denen Wol-
cken.

†. 15. Alsdann will ich gedencken
an meinen Bund zwischen
mir und euch / und allem le-
bendigen Thier in allerley
Fleisch / daß nicht mehr hin-
fort eine Sündfluth kom-
me / die alles Fleisch ver-
derbe.

†. 16.

Emendata.

und soll hinfort keine (c) (sol-
che) Sündfluth mehr kommen
(i) die Erde zu verderben.

†. 12. Und Gott sprach : Das ist
das Zeichen des Bundes /
den ich (g) mache zwischen
mir und euch / und zwischen
aller lebendigen (h) Seele /
die bey euch (i) zu ewigen
Geschlechtern.

†. 13. Meinen Bogen habe ich ge-
setzt in die Wolcken / der soll
das Zeichen seyn des Buns-
des zwischen mir und der
Erden.

†. 14. Und wann es kommt / daß
ich Wolcken über die Erde
führe / und (k) (dann) (l)
der Boge in denen Wol-
cken gesehen wird.

†. 15. Alsdann will ich gedencken
an meinen Bund zwischen
mir und euch / und zwischen
aller lebendigen (m) See-
le in allem Fleisch / und
werden nicht mehr (n) die
Wasser zur (solchen)
Sünd

Ad †. 11. (c) Poscit res & nexus. (f) T. C.

†. 12. (g) T. O. (h) T. O. (i) T. O.

†. 14. (k) Non enim legitur in Textu Orig. (l) T. O.

†. 15. (m) T. O. (n) T. O.

Versio

Ordinaria Lutheri

Emendata.

¶. 16. Darum soll mein Boge in denen Wolcken seyn/das ich ihn ansehe / und gedencke an den ewigen Bund zwischen Gott und allem lebendigen Thier in allem Fleisch/ das auf Erden ist.

¶. 17. Dasselbe saget GOTT auch zu Noa: Diß seye das Zeichen des Bundes/den ich anfferichtet habe zwischen mir und allem Fleisch auff Erden.

¶. 18. Die Söhne Noa/die aus dem Kasten giengen/ sind diese: Sem/Ham und Japhet. Ham aber ist der Vater Canaan.

¶. 19. Das sind die drey Söhne Noa / von denen ist alles Land besetzt.

¶. 20. Noa aber fieng an und ward ein Ackermann und pflanzete Weinberge.

v. 21. Und

Sündfluth werden/ die alles Fleisch verderben.

¶. 16. (o) Wann der Boge in denen Wolcken seyn wird/ (p) so will ich ihn ansehen zu gedencken an den ewigen Bund / zwischen Gott und aller lebendigen Seele in allem Fleisch / das auff Erden ist.

¶. 17. (q) Also hatte Gott zu Noa gesagt: diß seye das Zeichen des Bundes/den ich auffgerichtet habe zwischen mir und allem Fleisch auf Erden.

¶. 18. (r) Es waren aber die Söhne Noa/ die aus dem Kasten giengē/ Sem/Ham und Japhet. (s) Dieser Ham aber war ein Vater Canaan.

¶. 19. (t) Diese drey Söhne Noa sind es/von denen diese ganze Erde besetzt worden.

¶. 20. Noa aber/ (u) der ein Ackermann / fieng an und pflanzte

Ad ¶. 16. (o) Ufus literæ ¶ & sensus commodior. (p) T. O. & Nexus.

¶. 17. (q) Commodior Nexus.

¶. 18. (r) Nexus clarior. (s) T. O.

¶. 19. (t) T. O.

(u) T. O.

Versio

Ordinaria Lutheri

Emendata.

v. 21. Und da er des Weins trancf/
ward er truncken / und lag
in der Hütten aufgedeckt.

v. 22. Da nun Ham Canaans
Vatter sahe seines Vatters
Schaam / sagte ers seinen
beyden Brüdern draussen.

v. 23. Da nahm Sem und No-
phet ein Kleid / und legten
es an ihre beyde Schultern/
und giengen rücklings hin-
zu / und deckten ihres Vat-
ters Schaam zu / und ihr An-
gesicht war abgewandt / das
sie ihres Vatters Schaam
nicht sahen.

v. 24. Als nun Noa erwachte von
seinem Wein / und erfubr/
was ihm sein kleiner Sohn
gethan hatte.

v. 25. Sprach er: Verflucht seye
Canaan / und seye ein Knecht
aller

pflanzete(w) einē Wein-
Berg.

v. 21. Und da er des Weins trancf/
ward er truncken / und in der
(x) Mitten seiner Hüt-
ten entbloßet.

v. 22. Da nun Ham Canaans
Vatter (y) ansahe seines
Vatters Schaam / (z) ver-
kündigte er es seinen bey-
den Brüdern draussen.

v. 23. (a) Aber Sem und No-
phet nahmen ein Kleid / und
legten es auff ihre beyde
Schultern / und giengen
rücklings hinzu / und deck-
ten ihres Vatters Schaam
zu / (b) ihr Angesicht aber
war zurück gewandt /
das sie ihres Vatters
Schaam nicht sahen.

v. 24. Als nun Noa erwachte von
seinem Wein / und erfubr/
was ihm sein kleiner Sohn
gethan hatte /

v. 25. Sprach er: Verflucht seye
Canaan / und seye ein Knecht
(c) der

Ad v. 20. (w) T.O.

v. 21. (x) T.O. Significantia.

v. 22. (y) Emphasis. (z) Emphasis.

Versio

Ordinatio Lutheri

- aller Knechten unter seinen Brüdern.
- v. 26. Und sprach weiter: Gelobet sey Gott der Herr des Himmels / und Canaan seye sein Knecht.
- v. 27. Gott breite Zaphet aus / und lasse ihn wohnen in denen Hütten des Himmels / und Canaan seye sein Knecht.
- v. 28. Noa aber lebete nach der Sündfluth drey hundert und fünfzig Jahr.
- v. 29. Daß sein ganzes Alter ward neun hundert und fünfzig Jahr / und starb.

Emendata.

- (c) der Knechten seiner Brüdern.
- v. 26. Und sprach weiter: Gelobet seye (a) Jehova, der GOTT Himmels / und Canaan seye (c) ihr Knecht.
- v. 27. Gott (f) locke den Zaphet / daß er wohne in denen Hütten des Himmels / und Canaan (g) seye ihr Knecht.
- v. 28. Noa aber lebete nach der Sündfluth drey hundert und fünfzig Jahr.
- v. 29. (h) So waren alle Tage Noa neun hundert und fünfzig Jahr.

Ad v. 25. (c) T. O.

v. 26. (d) T. O. (e) T. O. vid. Not. Philol.

v. 27. (f) T. O. (g) T. O.

v. 29. (h) T. O.

Capitis IX. in Genesi

A N A L Y S I S.

Continuatur Recensio renovati Mundi, narrando

- I. Tum qualem se DEUS erga Incolas ejus præbuerit ;
 - II. Tum quales se Homines gesserint.
- I. DEUS se præbuit erga Homines clementem & justum
 - A. Benedictionem primigeniam de Multiplicatione generis humani confirmando. v. 1.
 - B. Imperium in cuncta Animalia tradendo v. 2.
 - C. Victum, speciatim carnis assumendi Licentiam dando v. 3.
 - D. Excipiendo tamen Esuriam sanguinis. v. 4.
 - E. Prohibendo Homicidium. v. 5. annexa
 - α. Tum Pœnæ gravitate. v. 6. p. 1.
 - β. Tum Legis æquitate v. 6. p. 2.
 - F. Denuo Benedictionem Multiplicationis repetendo. v. 7.
 - G. Maximè Fœdus promittendo, ubi Nota Fœderis
 1. *Subjctum*, quod est ab una parte
 - a. DEUS ipse v. 8. ab altera verò
 - b. Genus humanum v. 8. 9.
 - c. Omnis generis Animalia v. 10.
 2. *Bonum* sive *Gratiam DEI* de Terra non amplius tali Diluvio perdenda. v. 11.
 3. *Signum*, quod Iris est. Proponitur autem ratione,
 - α. Usus v. 12. p. 1.
 - β. Durationis v. 12. p. 2.
 - γ. Loci. v. 13.
 - δ. Temporis v. 14.
 - ε. Effectus v. 15. 16. quibus subjicitur
 4. *Recapitulatio*. v. 17.
 - II. Ut verò sciamus, quomodo se Homines gesserint, memorantur.
 - A. Primi post Diluvium Homines, progenitores renovati Mundi. v. 18. 19. Tunc
 - B. Noachi vivendi genus. v. 20.

C. Ejus

- C. Ejus Ebricitas v. 21 p. 1. cum turpi effectu; v. 21. p. 2. Dein
 D. Impietas Chami erga Parentem v. 22. At
 E. Pietas Semi & Japheti v. 23.
 F. Hinc subsecuta
 (1) Chami in Canaane Maledictio v. 24. 25.
 (2) Benedictio. Et quidem
 N Semi, consistens
 (a) Tum in excellenti jure ad Deum v. 26 p. 1.
 (b) Tum in Dominio in Canaanitas v. 26. p. 2.
 N Japheti, quæ quoque duplex
 * Secutura ejus communio eum Tentorijs Semi
 v. 27. p. 1.
 ** Dominum itidem in Canaanitas v. 27. p. 2.
 G. Tandem Noachi Mors v. 28. 29.

Notæ Philologicæ
 in
 Caput IX. Genesis.

Ad v. 1.

יִבְרַךְ *posse benedixerat.* Creator Protoplastis, Progenitoribus totius Mundi, jam benedixerat, Gen. I. 28. Nunc rursus benedicit Noacho & Filiis, à quibus quoque universum genus humanum ortum trahit, vid. quoque infra v. 7. & cap. VIII. 17. Toties iteratæ Benedictiois rationes sunt. (1) Ut constet Hominum generationem à potenti voluntate & operatione Dei dependere. Liberi minime ortum & formationem Parentibus debent vid. Psal. CXXXIX. 14--17, unde sterilitas Numinis Maledictio, Gen. XX. 17, 18. Contumelia habetur. Luc. I. 25. (2.) Ut Noachus & Filii ejus certi redantur Maledictionem, quæ coætaneas, speciatim etiam propter prava conjugia, infligebatur, eos non ferire; nec Deum odisse conjugia, quæ ritè se habent,

B

Ad v. 2.

Ad v. 2.

המוראבם והחכם *Etiam Timor vester & Terror vester.* (a) Nexus suadet, ut Notio vocabuli posterioris intensior habeatur, quam prioris.

(b) *Timor vester*, quæ scilicet vos Bestiis incutijs. vid. Esai. VIII. 12, 13. Quomodo 1. Petr. III. 14. *Τὸ φόβος αὐτῶν.* Etiam LXX. h. l. *αὐτοῦ ὑμῶν*

[c] Certè agnoscenda est Manus Dei, quâ ingentes Bestiæ Homini- bus, quandoque Pueris, parent, eos metuunt, vel Feræ, quæ No- bis terrificæ sunt, ipsæ à nobis fugiunt, latibula quærunt. Psal. CIV. 21, 22. aut etiam ab Homini- bus domantur. Jac. III. 7. Non obstat, quod Bestiæ subinde homines adorantur occiduntque; Accidit enim hoc ex justo judicio Dei propter Peccata v. Lev. XXVI. 24. 2. Reg. II. 24. II. Reg. XIII. 24. 2. Reg. XVII. 25.

[d] Haud male etiam hic versus Benedicti- onis v. 1. additur. Do- minium enim in Animalia Pars Felicitatis Protoplastorum in Integri- tate erat, Gen. I. 28. vid. quoque Psal. VIII. 7--10. Insignia Exempla in Sim- sone, Davide, Daniele prostant. Credibile tamen, quod Regimen Hominum integrorum non tam terribile existisset, ami- cum potius

[e] Subiiciam Raschii Expositionem Mysticam, cujus funda- mentum tamen infirmum est: *כל זמן שתניק בן יומי חי אין צריך לשבורה מא העבברים שנאמר ומוראבם והחכם יהיה אימתו יהיה מוראבם על דיעו, ויבית, non opus est ut à muribus custodiatur: At Rex Basan mor- tuus necesse habuit, ut à muribus custodiretur, nam dicitur: Et Timor vester & Terror vester erit &c. Quamdiu erit Terror vester su- per Bestias? Quamdiu scilicet vivitis.*

2. אשר הרמש. Quæritur, de quo vox prædiceretur? Commu- niter intelligitur de animali, quod se movet, atque ita sequens vox הארמה exponitur [sup. r] Terra, Ellipti suppleta. Pro hac Explica- tione faciunt. [1.] quod רמש ita accipiatur vid. Gen. I. 26. 10. VII. 8. VIII. 17. Ezech. XXXVIII. 30. [2.] Quod sensus facilis [3.] Quod

Enuncie-

Enumeratio specierum hic poicat *Reptilia*. Pauciores intelligunt de Terra. Ex veteribus Jonathan, Syrus. E Recentioribus Munsterus, Pagninus. His favet Constructio חַיִּים הַדְּרִימָה. Quod ebullit Terra. Praferrem tamen Prieres ex rationibus allatis.

Ad v. 3.

1. כל-רמש. *Omne Kintov*, quod se movere valet. Ita malo hic vertere quam per *Reptile*, utpote vox hæc specialioris Notionis est. Intelligimus hic omnes Animalium species, speciatim etiam Boves, Oves, Hircos. Rationes. [1.] Vult substrata materia: Intelligendus enim cibus ab oleribus distinctus; isque suo modo vivus; at hic est Animalium. Verum quidem, quod vocabulum רמש in sacris speciatim adhibearur de animalculis exiguorum Pedum, vel etiam pedibus destitutis vid. Not. Philol. ad cap. I. 24. At hoc in loco latius extendendum. Si enim Reptilia ἀποδα, μικροποδα, quæ communiter impura juxta Legem, in Cibum Hominum data, multo magis τετραποδα, ut Viruli, Boves, Oves &c. idque tanto magis, quod Textus habet כל-רמש [2.] Comma sequens quartum: *Verumtamen carnem cum Anima ejus sanguine non comedetis*: Proponitur enim Nominè generali *Carni* [3.] Subsequens Historia docet Esum Animalium, Quadrupedum, speciatim vitulorum, Gen. XVIII. 7. 8. [4.] Radix רמש generaliter notat *movere se*. Commodè itaque רמש generaliter de Animalibus facultatem se movendi possidentibus accipitur. [5.] Ita accipiunt Judæi, qui non sine Probabilitatis specie existimant vi hujus Concessionis etiam Animalia, Aves, Pisces, quæ postea Lex Lev. XI. impura declaravit, antea licitè comesta fuisse, uti Ainsw. ad h. l. ex בראשית רבה ostendit. Quod Testimonium hæc quoque ex causa ἀξιωματικόν est, eo quod affirmat Tempore Messia cuncta Animalia licita pronuntianda esse ad esum.

2. אשוי דמהו. Circumscriptio hæc Animalium docet comestum illicita fuisse Animalia discerpta, morticina. Hæc sub Lege diserte prohibebantur, vid. Lev XXII. 8. Exod. XXII. 31.

3. Hac occasione quæri solet: An ante Diluviùm Esus Carnium licitus fuerit? Plures negant, tum Judæi, tum Christiani. Ex illis Raschius. Ex his Lyra Toftatus, Grodus Sententiam probaturi

provocant quoque ad verba Textus, quæ sic interpretatur supra memoratus Raschius: Verborum *Erit vobis in cibum* hic sensus: שלא הרשיתי לאדם הראשון אלא רק עשב ולבם ברוק עשב שהפקרתי : הרשיתי לאדם הראשון נתתי לבם את כל : *Nam non permisi primo Homini, nisi Olus Terra; at vobis dedi omnia tanquam Olus vivens, quod Adamo primo permiseram.* Interpretamentum tamen hoc certum non est; Neque enim Moses ait Esam Carnium de novo nunc concedi, nam quæ v. 1. & 2. existant, quoque nova non sunt, sed antiqua renovata. Nihil tamen hic de ipsa Quæstione difficili definitio. Judicavi nonnisi de robore specialis argumenti, quod hinc petitur

Ad v. 4.

1. בשר בנפש דמו. Locis difficilioribus merito præsens accensetur, uti constat ex variis versionibus & explicationibus Judæorum & Christianorum. Lucem affundam, quantum licet. Interdictum Dei ita sonat: *Verumtamen Carnem בנפש דמו non comedetis.* Continetur ergo his verbis aliquid, quod comedi potest: quod Pars Animalis: quod verò à carne distinctum. Quodnam illud? Commode sanguis intelligitur. Huic enim postulata memorata conveniunt. Interdictum *sanguinis* diserte memerit. Prostant dein tot aliæ Leges de sanguine non comedendo posteriori Tempore latæ. Vulgarus itaque nonnisi vertit: *Excepto quod Carnem cum sanguine non comedetis.* At ita omititur vox, quæ maximè vexat בנפש. Quid verò hæc notat?

- (a) Sunt, qui eam explicant per *Cadaver*, & ita exponunt. *Carnem, in cujus cadavere sanguis est, non comedetis.*
- (b) Alii per *vitam* exponunt, uti Ainsworthius. Unde sensum quidam ita dant. *Carnem, pro cujus vita sanguis ejus est, non comedetis; Vel: Carnem, cujus vita sanguis ejus est, non comedetis.*
- (c) Rursum alii explicant *de membro rapti Animalis vivi.*
- (d) Alii denique prohiberi ajunt & membrum animalis vivi & sanguinem; Qui hinc Interdictum ita distinguunt; *Carnem in vita ejus (&) sanguine ejus non comedetis.* Quemadmodum Raschius, Quia scriptura ait: *Carnem cum Anima ejus non comedetis.*

medetis, *הרר מן הרר* patet prohiberi membrum Animalis vivi; Quoniam autem præterea dicitur: *sanguinem ejus non comedetis*, constat *vetari הרר מן הרר* sanguinem animalis vivi.

(c) Tandem transferunt: *Carnem cum anima ejus*, (scilicet) *sanguine ejus*, non comedetis.

Dijudicantes exordimur ab ultima Explicatione, quam reliquis, sequentibus ex rationibus, præferimus (1.) Est enim simplicissima & verbis DEI convenientissima. *בשר* enim ordinariò *animam* notat. Particula vero *ו* sæpissime *cum* (vid. Noldium) Vox vero *דמו* *sanguinis ejus* per appositionem subjungitur & ita explicatur, quid nomine *בשר* intelligendum; scil. sanguis, qui licet propriè Anima non sit, animæ tamen præcipua sedes & officina est. Exprimitur verò credibiliter *Anima*, ut Homines magis arceantur à comestione sanguinis (2.) Confirmatur hæc Explicatio Legibus subsequētib; veluti Lev. XVII. 11. *Nam anima carnis בשר in sanguine*. Et v. 14. *Nam anima omnis carnis sanguis ejus est, pro anima ejus est*. Rursum: *Nam anima omnis Carnis sanguis ejus est*. Deut. XII. 23. *Modo firmus sis, ne comedas sanguinem, nam sanguis est anima* (3.) Data hæc verborum Mens comprehendit aliorum hoc de Interdicto cogitata, ut quæ supra sub lit. c. & d. exstant; Si enim sanguis prohibetur, prohibetur quoque membrum Animalis vivi, in quo sanguis est. At comprehendit convenienter verbis DEI, quum aliorum allata cogitata minus, in verbis Textus fundata videantur, veluti qui opinantur; *Membrum animalis vivi* prohiberi ob *בשרו*, *sanguinem* verò ob *דמו*. Prior quippe vox agere Notionem, quæ ei tribuitur, habet. Posterior autem ita constructa est, ut distinctum à priori objectum non indicet, neque enim legimus *וּבְדָמוֹ* vel saltem *בְּדָמוֹ* sed tantum *דָּמוֹ*, quo facilius colligimus esse hic Exegeſin prioris vocabuli. Sic quoque præferimus cogitatis sub lit. (b) indicatis. Mens verborum obscurior. Quid enim verba: *Carnem*, pro *cujus vita sanguis ejus est*, vel *Carnem cujus vita sanguis ejus est, non comedetis*. Dein *בשר* ordinariò *Animam* notat. Jam verò ordinaria significatio semper præferenda, si fieri potest. Omnium minime probamus primam sub lit. (a) allatam Explicationem, tum quod *בשר* rarissimè de *Cadavere* dicatur, tum

quod sensus minime commodus: *Carnem, in cuius cadavere sanguis est, non comedetis.* Caro enim, quæ edenda prohibetur vel est membrum animalis vivi vel mortui. Si vivi, Cadaver de ea prædicari nequit. Si mortui, tum non opus est, ut cadaver dicatur. Nec desunt huic naturæ Explicationi Auctores. Ex veteribus tantum nomino versionem Arabicam: *At carnem ne comedas cum ipsius sanguine, quoniam ipse ejus anima est.* Samaritanam: *Tantum carnem cum Anima ejus, quæ est sanguis ejus, non comedetis.* Aben Esra. *בשר עם דמו שהוא דמו. לא תאכלו* Hic verborum sensus est: *Verumtamen Carnem cum anima ejus, quæ sanguis est non comedetis.*

2. Hoc interdictum unum habetur ex septem Præceptis Noachi. scilicet: Judæi tradunt DEUM Adamo sex tulisse præcepta; Tempore vero Noachi septimum addidisse. Sunt autem, quæ sequuntur: Præceptum de fugienda Idololatria, maledictione Numinis, Homicidio, Turpitudinis Revelatione, Rapina, Judiciis & abstinentia ab Esu membri vivi sive sanguinis, vid. plura in Goodwin. Lib. I. c. III. §. V. & Notis.

De Præceptis his præterea Judæi referunt, quod maximæ necessitatis existerint ac etiam nunc existant; unde Transgressores eorum Mortis reos judicant, nec Judæos tantum sed etiam Gentiles. Hos quidem liberos pronuntiant à Circumcisione ac Legibus Cærimonialibus, quæ postea datæ, non vero à Noachicis. Omnes quippe Homines, adeoque etiam gentiles, à Noacho descenderunt, non vero ab Abrahamo. Hinc adstricti habentur ad Noachi Præcepta. Hæc quoque Ratio à quibusdam dari solet Præcepti de sanguine & suffocato à Concilio Hierosolymitano confirmati. Act. XV. 29.

3. Quæritur: Quænam sint Rationes Interdicti de sanguine non comedendo? Maimonides Legis Lev. XVII. 10. rationem reddens ait: *Porro scito, quod licet sanguis immundus & impurus admodum fuerit in oculis Zabiorum, tamen ab illis comestus fuit, eo quod existimarent Cibum hunc esse Daemonum, & quod is, qui eum comedit, hac ratione communicationem cum Daemonibus acquirat, ita ut familiariter cum illis conversetur & futura ei aperiant. Ideo venit Lex divina ad auferendos istos inveteratos morbos Esam sanguinis prohibendo. v. More Nechoh.*

p. III. c. XLVI. Sed suspecta est hæc ratio. Nondum enim Zabii exstiterunt Tempore Diluvii, quo sanguinis Esus primum prohibebatur; Sunt alii, qui *Rationem* perhibent *Physicam*; Scil. Quod sanguis gravis & minus saluber sit; *Moralem* alii; quod Deus noluerit Homines velci carnibus Animalium, sicut feræ bestię alia Animalia dilaniunt ac sanguineæ forbent, ne sic sensim immanes redderentur ac sitirent Hominum sanguinem. Plurimi Christiani *Typicam* dant. Inservire quippe debebat sanguis Bestię Expiationi in ara Lev. XVII. 10. 15. ad docendum veram Peccatorum nostrorum Expiationem sanguine agni immaculati constituto Tempore futuram. Tres hæc Rationes ita se habent, ut unâ consistere queant. Secunda Fundamentum in Nexu cum v. 5. Tertia in Evangelio, speciatim Epistola ad Hebræos, habet.

Ad v. 5.

¶ Particulam communiter vertunt per *Etenim* vel *Certè*. *Mallem*: *Et etiam*. *Rationis*. (1.) *Nexus*. Deus prohibuerat sanguinem Bestiarum. Nunc addit: *Et etiam sanguinem vestrum requiram*. *Nexus* ita videtur commodior, quam: *Et profectò requiram*. Nihil enim præcellerat, quod hanc Notionem postulat. (2.) ¶ notionem *Etiã* (unde forsan germanicum *auch*) in sacris habet, notante Noldio in Esai XXXIV. 14.

2. דְּמַדְּבָרֵיכֶם אֲדַמְּאֶנּוּ. Ad verbum: *Sanguinem vestrum* (qui) *pro Animabus vestris*. Ut Versio Verbis Textus responder, ac simplicissima est, sic commoda. Distinguit ita Deus sanguinem ab Anima, ut tamen simul doceat Animam cum Corpore conjunctam haud manere, si sanguis effundatur, uti Experientia quæcumvis docet. Quomodo quoque Tigurini. *Euer Blut/ darinnen euere Seele ist*. Quod si Hebræi opinantur eadem sui ipsius, *der Selbst-Mord*/ his verbis prohiberi, rectè quidem judicant, quando illam pro specie tantum habent. Verba tamen generatim interdicitur occisione Hominis, à quocumque illa fiat.

3. דְּרַגְמֵיכֶם. *Requiram*. Scil. tanquam Justus iudex & puniam. Clarè etiam alibi ita דְּרַגְמֵי. accipitur v. Gen. XLII. 22. Pl. IX. 13. Sentium itaque commodè reddunt Syrus: *Vindicabo* & Jonathan Ben Uzziel: *Quarum*

Quarum ut interficiatur pro illo. Unde quod Deut. XVIII. 18. יָדָי, vertitur Act. III. 23. per ἑλοβήεσδαῖ exterminari.

4. יָדָי. *A Manu.* Nota Canonem Glaffii p. 673. in Philol. Sacr. *Manus in Hebræo pro quovis Instrumento usurpatur, quandoque etiam abundare penitus videtur, ut hic: E Manu omnis Bestia reposcam h. e. ab omni Bestia, ut Arabs simpliciter vertit. Quomodo quoque Tigurini: Von allerley Thier will ich dasselbe fordern. Nisi mallets dicere יָדָי hic notare Pedes Bestiarum, quibus Homines aliquando dilacerant, conculcant vid. Marth. VII. 6. ut seq. Membro יָדָי האדם Manus Hominis, quæ alteri Necem infert. Cum hac Lege convenit Mosaica. Exod. XXI. 28. 29.*

5. *Et de Manu Hominis, de Manu Viri fratris sui requiram* Quomodo voces *Homo, Vir, Frater* distinguendæ? Et quid hinc Legislator vult? Quare non simpliciter ait: *Requiram ab Homine Ingenii speciem* habet, quod Menochius observat. Tria hæc conjungi scil. *Homines* ut *Nominis* & *humanitatis* esset memor. *Virum*, quem decet Iræ dominari. *Fratrem*, nam *Frater* non perdendus sed amandus. At verba *Textus* non tam rationem *Homicidium* omitteendi continent, quam *homicidas* discernunt. Raschius ita distinguit exponens: *De Manu Hominis*, hoc est ejus, qui consultò interficit, nec adsunt *Testes*, ego requiram. *De manu viri Fratris ejus*, qui illum ut fratrem diligit, cumque per *Error*em interemit, ego requiram, si ipse non migraverit in *Exilium*, nec peccati sui *Condonationem* petierit, nam etiam errans opus habet *Expiatione*, etsi non adsint *Testes*, qui illum *Exilii* reum peragunt, nec ipse semet humiliaverit, sanctus ille *Benedictus* ab ipso requirer. Sed plus habet *Explicatio*, quam vis *vocis* pensitata nos docere potest. *Traditio gentis Judaicæ* potius habetur, quam *scrutatio sensus* juxta *Regulas Interpretationis*. Ego itaque malletm ita distinguere, ut vox יָדָי *Homines in genere*, sed יָדָי אִישׁ אִישׁ magis *in specie cognatos*, *Amicos* exprimat. *Minatur ad eoque Deus se Homicidium, etiam à Fratribus*, (ut *Cain Fratrem interfecerat*) *cognatis* reposcere velle. *Noldius* quidem ait, *perperam illos agere, qui vertunt: Etiam si Frater fueris, eo quod Natura Cognationem* quandam inter omnes homines constituerit, vid. Act. XVII.

XVII. 26. Id quidem in se verum. Sed quis ignorat vocem פֶּסֶל strictioris Notionis sæpissimè esse? Et quidem h. l. Nam פֶּסֶל distinguitur ab עֵצָה.

Ad v. 6.

1. בָּאֵדָם. Varia notio Particulæ אֵד & Mosis concisus stylus in Causa sunt, quod אֵד variè vertatur. Communiter & benè vertitur per *Hominem* ad indicandum illum, qui Homicidium vindicare debet. Homo hic ordinariò explicatur per *Magistratum*, qui Jus gladii habet. Rom. XII. 4. Id quod intelligendum de subsequente Tempore, quo publica Judicia constituta erant, non verò Noachi & primis Temporibus, quibus illa nondum, saltem formaliter, ordinata erant. His Patres Familiàs & Personæ privatæ Jus Necis in Reos Mortis habuerant; Genes. XXXVIII. 24. Deus, qui prius noluerat, ut Cain Fratricida à quopiam occideretur, hac Lege docet Exemplum illud singulare fuisse, nec in Legem trahendum esse. Conveniunt Leges & Exempla Exod. XXI. 12. 1. Reg. II. 33. Matth. XXVI. 52. Apoc. XIII. 10. Adde his Once'osi & Jonathanis versiones aut potius Παράφρασις Illius: *Quicumque effuderit sanguinem Hominis, per Testes ex sententia Judicum sanguis ejus fundetur*, Hujus: *Qui fuderit sanguinem Hominis, Judices per Testes condemnabunt ipsum ad Mortem: Qui vero fuderit absque Testibus, Dominus Mundi ultionem sumet de eo in Die Judicii magni*. Quando vero Ainsworthus ad h. l. Præceptum hoc septem Noachi annumerat, sciendum quod ex Judæorum Mente illud jam Adamo datum, Noacho autem confirmatum fuerit.

2. בְּצִלְמֵ אֱלֹהִים. Ad *Imaginem Dei*. Ratio Hominem non occidendi gravissima datur. Homo non solum Proximus, Consanguineus, Frater est, sed & Creatura Dei, eaque condita ad *Imaginem* ejus. Licet hæc post peccatum non splendeat, Homo tamen ad *Imaginem* Dei conditus, & gratiâ Dei ad eandem denuò condendus est. Ingens ergo Crimen occidere illum, qui fert *Imaginem* Dei. Consimilem rationem adhibet Jacobus c. III. 9. de Proximo, cui non maledicendum. Quare Philo Homicidium haud male vocat *ισποκύνειν sacrilegium*.

3. Nam ad *Imaginem Dei* fecit Hominem. Raschius פֶּסֶל Ellipsis hic observat, quam Glatius ita explicat: *Penitur quandoque Nomen genitivi*

nisiivi Casus, quod pro isto Nomine cum Reciproco vel Possessivo Pronomine accipiendum est. Ad Imaginem Dei fecit Hominem, h. e. Deus Hominem ad Imaginem suam fecit.

Ad v. 9.

1. *Et ego, Ecce, Ego.* Credibiliter Deus Noachi Timori consuleret, cumque erigere & corroborare volebat, promittendo securitatem adversus novum Diluvium, quo minus sibi à simili Interitu eorum metueret. Quando verò Raschius observat Deum ideo gratiam suam Noacho promississe, quoniam metuebat operam dare soboli procreandæ & multiplicandæ, donec sanctus ille Benedictus ei promitteret, quod Mundus non amplius per Diluvium universale perdendus sit, nimis speciale est, quod verba Textus & ejus Circumstantiæ non indicant.

2. *ברית.* *Fœdus meum.* Vulgò Fœdus verti solet; at hic proprie fœdus non notat. Nonnisi *promissum divinum sacrum ac constantissimum.* Rationes 1. Desunt enim fœderis conditiones, speciatim stipulatio, Astipulatio. 2. Quod hic promittitur, absolute promittitur ceu futurum quomodocunque Homines vitam ducturi. 3. *ברית* hoc loco concernit quoque Bestias v. 10. quæ fœderis profus incapaces sunt; Capaces verò Bonorum Naturalium, Protectionis contra Diluvium. 4. Vox *ברית* etiam alibi *Promissionis* Notionem tenet. Num. XVIII. 19. Siftitur credibiliter Promissio sub hoc Nomine, ut ejus certitudo indicetur. Quam sanctè fœdus servandum, tam sanctè fidem datam servabit *אֱלֹהִים*

Ad v. 10.

Queritur, quomodo Animalia, quibus Creator securitatem adversus Diluvium promiserat, explicanda & discernenda sint. Raschius per *Animam viventem cum illis* (videtur enim Error, quando Biblia Basileensis habent *חיה הארץ* quæ Breithauptius sequitur.) intelligit *Animalia המתהלכים עם הבריות* qua cum Hominibus versantur. Per ea, qua egressa sunt ex Arca, opinatur includi quoque abominanda & Reptilia & per Bestias Terra, Animalia nociva (ut sunt Leones, urfi &c.) qua non comprehendebantur sub *החיה הארץ* seu Bestiis, quarum Conversatio non est cum Hominibus. Mallei sub *החיה הארץ* *נפש* Animâ vivâ, qua cum illis in

ge-

genere cuncta Animalia intelligere, quæ scil. cum Noacho & Familia in Arca erant v. infra v. 12. In specie iub עוף *Aves*, sub בהמה *Pecora Domestica*, sub חית הארץ *Feras sylvestres*, sub *omni, quod ex Arca egressum est* tum speciatim nominata, tum reliqua, quo pertinent Reptilia. Maxima Difficultas superest circa finem versus: לבל חית הארץ. Ordo ferme poscit ut recedamus à Notione, quam huic Phrasi jam-jam adscripsimus, ac generaliter exponamus, ut Lutherus: Was seyley Thiere es sind auff Erden. Nisi malles dicere, ideo denuo *Ferarum* mentionem fieri, ut certius sciamus velle Deum etiam nocivis his Animalibus Beneficium præstare.

Ad v. 11.

1. *Non excindetur omnis Caro.* Hoc est, *Nulla.* Nota enim Canonem Glassii in Philol. Sacr. p. 986. Particula *Negativa*, לא, בלתי, אין, או, Universalii בל addita *Universalem Negationem* indicat, ut *non omnis* idem fit quod *Nallus* v. Psal. CXLIII. 2. Sic נאס in N. T. Rom. III. 20.

2. במי המבול. *Ab Aquis Diluvii illius.* Quale scil. illud Noachi erat. Non simpliciter Deus negat se Aquarum Inundationem misurum.

Ad v. 12.

לדרה עולם. *In generationes Seculi:* His verbis Duratio Promissi divini exprimitur. Quæritur: quamdiu ergo durabit? Ad Finem Mundi. Rationes. 1. Vult substrata Materia. Absoluta *Æternitas* intelligi nequit. Neque enim Beneficium (sive Protectio adversus Aquas Diluvii) ita comparatum est, ut Locum habeat in altera vita. At Locum habet in præsentem Mundo. v. quoque §. 15. 2. Admittit vox דרה, scil. דר, dicitur de Hominibus una viventibus, qui coætaneam generationem constituunt. Num. XXXII. 17. Gen. VI. 9. Memorantur autem *generationes* in Plurali; Præviderat enim Deus, quod plurimæ ad finem Mundi exituræ. Deut. VII. 9. *Mille generationum* mentio fit. Spatium tamen earum certo determinari nequit. Kimichius, Stoekio notante, describit זמן חיי האדם *Tempus Vitæ Humana*, quomodo quoque in sacris verbum דר sumitur Esai XXXVIII. 12. Non obstat vocabulum עולם, ceu quod sæpius *Tempus longius*, abscondi-

¶um tantum notat, quale rectè Finis Mundi habetur. Hucrefer *Colles* *עולם* *Seculi*, qui cum Mundo inceperunt ac cum Mundo desinent. Deut. XXXIII 15.

Ad v. 13.

1. *קשת* *Arcum*, cujus in Belle usus, notat. 1. Chron. V. 18. Heic speciatim *Ibidem* ad Formam Arcus accedentem, *Velut aspectus* Arcus, qui fit in Nube in die Pluviae. Ezech. I. 28.

2. *קשת* *Arcus meus*, Arcus singulariter Dei est. Est enim ex operibus divinis, quæ Gloriam Dei modo peculiari manifestant. Syr. XLIII. 12. Hinc vocatur *Arcus Dei*, ut *sol Dei*. Matth. V 45. Deum quia gratiosâ Numinis ordinatione signum Fœderis Dei constitutus erat.

3. *דדתי*. *Dedi*. LXX. *ἔδωκα*. *Vulgatus* & alii *Posui*. Commodè satis. Etiam scriptores N.T. solent Hebr. *נתתי* per *τίθημι* vertere. Confer. Esai XLII. 1. cum Matth. XII. 18. Sic quod exstat 1. Reg. X. 9. *קשת* exprimitur 2. Chron. IX. 8. *קשת*.

4. *קשת* *לואה* (2) *ארה*. notat signum externum, visibile, quod etiam Rem invisibilem indicat. Speciatim hic notat signum à Deo institutum in Memoriam revocans, promittens, obsignans Beneficium divinum, quod etiam *Typus*, *sacramentum* dicitur. Quo nomine quoque Circumcisio venit. Gen. XVII. 11. cui responder. Græcum *Συμμετοχὴ* *ἡ ποσειδωνία*. Rom. IV. 11. Hebr. VIII. 5. (b) Anonymus, quem Rhenferdius publicavit, post plures alios opinatur. Iridem jam primùm conditam atque in signum Naturale positam fuisse. At rectius alii Iridem operibus Creationis in causis suis creatis accensent. Quando enim Causa Iridis ante Diluvium exstiterat, quare non Effectus Naturalis multoties dabilis? Verùm quidem quod Iris demum post diluvium Fœderis signum sit, sed non sequitur: Ergo etiam naturaliter antea non fuit. Elementa diu in Natura existere possunt, antequam fiunt Sacramenta, ut Exemplis Aquæ, Panis, Vini in baptismo & S. Cœna constat. Tum demum fiunt Sacramenta, quando verbum Institutionis accedit:

(c) Rectè hinc explicatur Juramentum Dei de orbe non amplius aquâ perdendo, quod *κατὰ ἰστρον* in Historia Mosis non exstat.

Esaii

Eſai LIV. 9. *Juravi, ne porro Aqua Noë Terram tranſirent.* Deus gratiam de Diluvio non mittendo non tantum verbis promiferat, ſed & ſigno notabili confirmaverat, quod Juramenti vim habet.

Ad v. 14.

בענני ענן. Ad verbum: *Quando nubifico Nubes.* Ad Textum Hebræum proxime accedunt LXX, ἐν τῷ συνεφεῖν με νεφέλας. Indicatur (1.) Ipſe Deus Nubiſer, non vero venti (2.) Nubum quoque Copia.

Ad v. 15.

Inter me. Jonathan habet: *Inter verbum meum;*

Ad v. 16.

Inter אלהים Deum & inter omnem Animam vivam. Ceu ſingulare noratur, quod Ipſe Deus loquens introducatur: *Inter Deum & inter omnem Animam vivam,* cum tamen ſupra dicat: *Inter me & vos.* v. 1. 13. 15.

Raſchius more ſuo ſubtiliter cauſam inveſtigat ſcil. velle Deum ſignificare ברת הרין של מעלה Quod ſi *juſtitia divina* (quam ſingulariter Nomine אלהים indicari Judæi purant) Homines accuſabit, ſe Fœderis recordaturum & gratiam iis præſtiturum eſſe. Onceſos & Jonathan ruſum habent בין במירא דייך *Inter verbum Domini.*

Ad v. 18.

Cham erat Pater Canaan. Quare Moſes hic ſolius Canaan meminit? Ut ſciatur quis Canaan, cujus infra mentio fit v. 25. 26. 27. Aditum ſibi parat ad ſequentia. Vide conſimile Exemplum. Cap. VI. 2.

Ad v. 19.

1. שלשה אלה. *Hi Tres.* Cham, Sem, Japhet. Ergo Noachus alios filios non habuit. Poſt Diluvium nullos genuit, utpote jam μακρό βιος 600 annorum. Quare infra v. 28. 29. aliorum Liberorum non fit mentio, ut aliàs fieri ſolet v. paſſim Gen. V.

2. במאלא נפצה בל הארץ. *Et ex diſperſa hiſ erat tota terra.*

(a) Terra ſumitur pro Hominibus, Terra Inhabitoribus, uti ſæpius v. infra cap. XI. 1. XVIII. 25. & ſupra VI. 11. 12.

(b) Explicatur Phraſis ſequentibus: *diſperſe ſunt Familia Canaanearum* v. infra c. X. 18. *Ab hiſ ſeparata ſunt Gentes in Terra* v. 32. *Quæ*

C. 3.

diſper-

Quæ dispersio omnipotenti, sapienti Providentiæ Numinis à Paulo attribuitur. Aët. XVII. 26, convenienter verbis: *Implete hanc Terram, c. IX. 1.*

- (c) Specialius Quidam dispersionem hanc explicant sequentem in modum: Semo scilicet, attribuunt Orientem & partem Septentrionis ad Ortum, Chamo Meridiem, Japheto Occasum & alteram septentrionis partem. Illi Asiam, Ipsi Africam, Huic Europam. Semi Familias sive Populos numerant 406 ut sunt Hebræi, Assyrii, Chaldæi, Persæ, Armeni: Chami 394, quales Æthiopes, Ægyptii, Canaanitæ. Japheti vero 200, ex quibus Tartari, Græci, Germani, Itali &c. sunt.
- (d) Bochartus cum pluribus aliis arbitratur Noam cum Filiis in Fabulis Ethnicorum latere. Hinc *Noachum habet pro Saturno*, Rationes ejus palmarias tantum allegabo. (1.) Saturnus dicitur *παραγυετός & γυναικίχης* in Orphæi Hymnis, qualis Noachus commodè dici potest. (2.) Saturno Agrorum & Vitium cultura tribuitur. Confer quæ de Noacho v. 20. dicuntur. (3.) In Saturnalibus Mero se ingurgitabant. De Noacho vid. v. 21. (4.) A Saturno lata Lex fertur, ne quis Deos nudos impunè contempletur conf. v. 21. 22. (5.) Saturnus & Rhea ex Oceano & Thetide nati dicuntur. Navis erat Saturni Symbolum. Ratio ex arca, in qua servatus erat Noachus, elata [6.] Saturnus perhibetur devorans omnes liberos præter Tres. Perit totus præseus Mundus præconio Noachi non credens exceptis tribus Filiis cum Uxoribus & Uxore propria.
- [e] Eodem Bocharto iudice *Cham in Africa colebatur sub Jove Ham sen Hammonis*. Habetur hinc Jupiter. quippe *Hammonis* Nomen Jovi datur. Dein *Ων* & *Ζεὺς* idem. Præterea Jupiter Saturni filius, ut Cham Noæ. Insuper Patrem exsecuit, quo scelus Chami notatur, & quidem in Corcyra Insula Phæacum. Montes autem Gordiæi, ubi arca substitit, Corcyræ dicti sunt.
- (f) *Japhet verò creditur Neptunus* Maris Dominus, eo quod ejus Portio magnam partem ex Insulis & Peninsulis constitit.
- (g) *Semum*

(d) *Semum autem*, qui vero Deo adhæserat, ceu Idololatris in-
yisum, Inferorum Deum *Plutonium* fecerunt, vid. Bocharti
Phaleg. IV. 38,

Ad v. 20.

1. **יָהֵל**. (a) Veteres Chaldæi, Arabs, Syrus, Samaritanus, Græci,
Vulgatus, etiam Recentiores vertunt per *capit*. At Raschius
per *Profanavit se*, eo quod ab Initio alii *Plantationi operam dare*
debuisset. Malo hic multitudinem sequi. (1.) Nescio Locum,
ubi **יָהֵל** *Profanationis* notionem habeat, Verbum quidem in
Pihel ita frequenter adhibetur. (2.) Noa vineam plantans se
non profanavit; de quo hoc versu. (3.) Locus Deut. XX. 6.
quo Raschius respicit, parallelus non est. At (4.) vox in hac
forma sæpius *incipere* norat. vid. Jud. X. 18. Num. XXV. 1.
2. Chron. III. 1. & Gen. X. 8.
- (b) Ainsworthus, Glassius notant ex Phrasi *Incepit* non validè con-
cludi, quod Noa antea Terram non coluerit. Ille illustrat
Collatione Locorum Luv. XII. 1. cum Matth. XVI. 6. ut &
Marc. XI. 15. cum Matth. XXI. 12. Hic ex Matth. XVI. 12.
Marc. II. 23. Luc. III. 8. Videntur tamen circumstantiæ in præ-
senti Loco *Initium* indicare. Moses ita rationem Inebriationis
Noachi docere voluit, quod antea vim vini ignoraverit.
2. Ellipsis Infinitivi hic à quibusdam statuitur. *Capit Noa* (להיות
esse) *Vir Terra*. Quomodo quoque Jonathan. *Incepit* למהרי
esse. Non tamen Ellipsis in præsentis loco necessarià est: Sen-
sus quippe commodus absque illa. *Inceperat Noa vir Terra*
plantare vineam. Vid. statim infra n. 4.
3. **אִישׁ הָאֲדָמָה**. Raschius אֲדוֹן הָאֲדָמָה, *Dominus Terra*, ut vir Na-
homi. Ruth. I. 3. Potius Intelligendus est *Agricola* sive perio-
tus in Agricultura. Ein Baumann. Ainsworthus confert
אִישׁ מִלְחָמָה Jos. V. 4. **אִישׁ הַדְּמָיִם** II. Sam. XVI. 7. **אִישׁ דְּבָרִים**,
Exod. IV. 10. **אֲנָשֵׁי מִקְנֵה** Gen. XLVI. 32. *Exercitatus in Belle*,
strage, Eloquentia, Deditus Arti Pastoritia.
4. **וַיִּטֵּעַ** *Et plantavit*. Nota Canonem Glassii in Philologia S. p.
856. *Verba duo per Conjunctionem copulata aut sine copula usur-*
pantur

pantur Hebrais sicut apud Latinos verbum cum Infinitivo. Quare vertit. Et capit Noa ---- plantare. Quomodo quoque Persa transfert, Deut II, 31 Incipe, posside --- Incipe possidere.

5. Plantavit כרם Vineam. Vites jam a Creatione erant. At Noachus studio illas coluerat ac forsan Horti instar in ordinem disposuerat vid, Gen. II, 8. Ex virtute Literæ non fluit, quod Raschius habet: Noachum arcam ingredientem זמורה Palmites tecum intulisse; Multo minus quod Jonathan: Et invenit vitem, quam divexerat fluvius ex Horto Eden & plantavit ipsam in vineam & eo ipso die floruit, & Uva ejus maturuerunt, quas expressit. Talia citra Literam monumentis deficientibus, minime si genda sunt.

6. Ab hac Cultura Vineæ Noachus habetur Janus, quasi יין Vinum; quique Bifrons ceu videns orbem priscum & recentem.

Ad v. 21.

1. וישכר, LXX. עִמְבֵּשׁוּ, Inebriatus est. Usus vocis non idem. Aliquando notat largius bibere, ut sitis penitus restinguatur. Hagg. I. 6. vel ut convivantes hilares sint. Gen. XLIII. 34. At hic Circumstantiæ gradum Ebrietatis majorem eumque culpabilem poscunt. vid. I. Sam. I. 15.

2. בתוך אהלה, In Medio Tentorii sui, hoc est, in tentorio suo, vel intra Tentorium, non in publica via. וַיִּן (sæpius ita accipitur I. Sam. XVIII. 10, Ezech. III. 24. vid. plura Loca apud Noldium in Concord. Partic. p. 217, 218).

3. אהלה pro אהלה Masora, ut notat Leusdenius, observat quater cum ה loco ו scribi. vid. etiam infra cap. XII. 8.

4. Raschius, ut solet, subtilissimè annectat sub אהלה inveni X Tribus, quæ Samaria dicuntur, ceu quæ ob Ebrietatem in Captivitatem abductæ erant. Amos VI. 6. Respicit ad Ezech. XXIII. 4. ubi Samaria dicitur אהלה

Ad v. 22.

1. וירא, Et vidit. Non simpliciter, fortuitò, sed cum Affectu malo, ut Irisione, Contemptu, imò actione quadam turpi. Hinc v. 24. Et cognoverat, quid ei עשה fecerat filius. Quale vero Facinus fuerit, non recensetur, hinc non liquet.

2. Reçtè

2. Rectè ex hoc versu colligitur, quod illo Tempore nullus ad huc Femoralium usus fuerit. Qui Mos quoque duraverat Ævo Mo-
fis. Quare Deus singulariter præce. erit, ut sacerdotes Femoralia induerent *ad tegendum carnem nuditatis*, Exod. XXVIII. 42.

3. Cham, Pater Canaan

(a) Quoniam hic Canaanis & infra Maledictionis, quam incurrit, Mentio fit, non dubitandum, quin sceleris Paterni particeps extiterit, licet speciem Facti ignoremus. Non absurdum, quod Rabbi, Rafehio recensente, tradunt, *Canaanem primum Noachum nudum vidisse, postea vèrò Patri nuntiasse.*

(b) Quoniam Canaanis Mentio injicitur, inde colligitur, quod Historia hæc non statim post Diluvium acciderit, sed elapsis aliquot annis. Canaan enim post Diluvium ortus erat. Et quoniam hic Maledictionis capax sinitur, Judicio Discretionis jam usus erat.

(c) Porro hinc colligitur, quod Noachus cum Filiis & Nepotibus aliquandiu cohabitaverit. Quando enim hocce contigerat, nondum à se invicem discesserant.

Ad v. 23

1. ויקח. *Et accepit Sem & Japhet.* Pietatem Semi erga Patrem majorem fuisse Japheti, tum ex ordine Nominum, tum ex Benedictionibus earumque serie non sine Probabilitatis specie concluditur, uti Ainswoorthus observat.

2. Forfan huc quoque spectat ויקח *Et accepit*, loco ויקח *Et acceperunt*, ut postea וישבו *Et posuerunt*, nisi malis per Enallagen Numeri exponere. At longissimè petitum, quod hic Raschius notat; Semum Posteris של צידה *pallium Peniculamentis* de quo Num. XV. 37 -- fit.) Japhetum vero קבורה לבניו *Posteritati sepulchrum* in Israele (Ezech. XXXIX. 11.) At Chamum *Captivitatem ac nuditatem suorum meruisse.*

3. אחרנית. *Retrosum.* Bis hoc in versu occurrit, ut scias eximiam Semi & Japheti Curam, Pietatemque, ne Patrem nudum conspicerent.

Ad v. 24.

1. ויקץ. *Et exvigilavit* è vino disculsâ Crapulâ. Unde LXX עזרעדה rediit ad Sobrietatem. Illustra hinc 1. Cor. XV. 34.

D

2. וידע

2. ירדע *Et cognovit* Scil. juxta Anonymum à Rhenferdio publicarum *ex Insomnio fatidico*. Mox enim fundit Vaticinia Jam ante illum Jonathan כַּמְּחַרְחָרָה *Per Relationem somnii*. Non placet. (a) Noa enim cognoscere dicitur, postquam evigilaverat. Ergo non in somno (b) Deest Circumstantia clarè nos ducens ad cognitionem Facti divinam. Malo itaque cum aliis arbitrari Noachum cognovisse ex veste injecta, ac hinc ratione ejus à Semo & Japhetho percepta.

3. בְּנוֹ הַקָּטָן. *Filius ejus parvus*. (a) Quæritur: Quis intelligendus sit?

An Cham? an Canaan? Pauciores posteriorem intelligunt. Nec tamen desistuntur Rationibus, (1^a) sumitur ex Nexu. Statim enim sequitur v. 25. *Maledictus sit Canaan*. Ergo Canaan est, qui adversus Noachum malè egit. (2.) Dein Noachus toties Canaanis maledicit v. 25. 26. 27. Maledictio verò præsupponit scelus Canaanis adversus Noachum. Si verò illud his verbis non exprimitur, alia diserta non prostant. Credibile ergo scelus quoque indicari, quando indicatur Pœna. (3.) Canaan jure dicitur הַקָּטָן *Parvus* Ætate. (4.) Non item Cham, qui tum probabiliter ultra C. Annos egerat. Nec obstat, quod dicatur *Filius Noachi*. Nomen נֶפֶתִים *Nepotem* notat uti Gen. XXIX. 5. XXXII. 1. 2. Sam. XIX. 21. sicuti Cl. Stockius bene observat (vid. Rad. בְּנֵה.) (5.) Accedit Judæorum Traditio, de qua supra ad v. 22. n. 3. (a) Sed longè plures Chamum intelligunt, quia (α) Is propriè Noachi Filius (β) Chamus v. 22. expressè dicitur Noachi Nuditatem vidisse (γ) Ille הַקָּטָן *Junior* LXX. νεώτερος ratione Japhethi, qui הגֵּדוֹל *Major* Gen. X. 21. vel etiam Natu minimus, uti Cocceus & Rhenferdij Anonymus arbitrantur, vide Exempla Gen. XXVII. 15. 1. Sam. XVII 14. Neutra quidem Explicatio absurda est. Prior tamen majorem speciem habet, ob Rationes 1. & 2. (b) Raschius קָטָן per סֹטֵל *Profanum* & בוֹי *contemptum* exponit, uti Jer. XLIX. 15.

Ad v. 25.

2. אִרֵּר. Rectè conveniunt Interpretes in significatione *Maledictus*. LXX ἐπικατάρατος. Pâtet (a) ex oppositione. Opponitur enim v. 26. בֵּרַךְ (b) Ex N. T. Gal. III. 10 ubi Apostolus loco אִרֵּר Deut. XXVII. 26. habet ἐπικατάρατος (c) Ex origine & usu vocis, Nulla ergo Ratio, quare Notio *Contractus* ei adscribenda sit.

2. בֵּרַךְ

2. כנען *Canaan*. Simplicissimum est ipsam Chami Filium intelligere. Talem fuisse certò scimus ex Gen. X. 6. Jonathan, ut videtur, ideo vocat עניי כנען *Filium quartum*, quia quarto recensetur loco v l. c. Quando verò versio Arabica habet: *Maledictus Pater Canaan*, Cham scilicet, ac Ainsworthus tum provocat ad versionem Græcam, quæ Cham legit, tum explicat phrasi, quando Goliath dicitur, qui Goliathi Frater vid. 2. Sam. XXI. 19. cum I. Chron. XX. 5. sufficientem Rationem haud cerno, quare recedendum sit à Textu Hebræo. Duplex mihi versio LXX. viralis est, quæ in Bibliis Anglicanis Polyglottis exstat, & nova Lipsiensis A. 1730. Neutra tamen *Cham* habet. Sed ais: Quare ergò Noachus Canaani maledixit? Et non potius Chamo Impio? Si vel maxime Rationem ob Defectum Monumentorum reddere non possemus, non tamen à Textu originali recedere licet. Credibile tamen *Canaanis* Nomen ideo exprimi, quia Patris in scelere Socius erat. via. supra ad v. 22. not. 3. (a) & ad 24. not. 3. (a) non item reliqui ejus Filii. Gen. X. 6. Si verò Noa Chamo maledixisset, tota ejus Posteritas maledictioni subiecta videri potuisset. Quando vero Canaanis meminit, maledictio restringitur ad stirpem hanc specialem. Nec tamen Chamus præteriebatur. Primò enim privabatur Benedictione, quam Fratres ejus à Patre acceperant. Dein Malum, quod Canaani Filio inflictum, Patrem quoque præferat. Uti Jacobus Filius Josephi benedicens benedixerat ipsi Patri Gen. XLVIII. 14 -- 17.

3. עבד עבדים. Nota Canonem Glassii p. 585. *Superlativus effertur per substantivum in genitivo Casu seipsum regens*. Atque ita *servus servorum* est servus infimus, vilissimus. v. alia Loca Exod. XXVI. 33. In N. T. Apoc. XIX. 16, βασιλεὺς βασιλέων καὶ κύριος κυρίων.

4. Servitus meritò Maledictio habetur; Subjici enim illis, quæ Naturâ sunt æquales, nullum in alios jus habent & eorum Legibus duris constringi ac trahi, nobiliores Mentis supra quam dici potest affligit. Unde etiam servitus Deut. XXVIII. 47. 48. summis Pœnis annumeratur.

Ad v. 26.

1. כנען.

(a) Alia vocis notio, quando de Homine adhibetur, Alia verò

D 2

80

rō, quando de Deo, ut hīc. Illo sensu Bona, quæ non habet, Homini adprecatur 2. Sam. VII. 29. At hoc sensu grates dicimus Deo pro Beneficii collatis (Unde Evangelistæ inter se permutant *Εὐχαριστῶν & Ἐὐλογῶν*. 5v. Matth. XXVI. 26. 27. Luc. XXII. 19.) ac Nomen ejus deprædicamus. Vid. Rob. Gell. in observ: ad h. I.

(b) Noa Semo benedicturus benedicit Deo. Id quoque aliis servis Dei in usu. Paulo veluti Ephes. I. 4. quo DEus honoratur, ceu Fons Benedictionis agnoscitur, atque ita fortissimè compellitur ad benedicendum, Hoc modo Benedictiones Dei sunt Benedictiones Hominum.

2. (a) *Jehova Deus Semi*. Hic prima vice *Jehova Deus Hominis* dicitur. Postea frequenter hoc Nomen assumsit, maximè voluit dici *Deus Abrahami, Isaaci, Jacobi*, qui ex Semo oriundi erant. Gen. X. XI. Hoc in Loco peculiaris Emphasis, quod non dicatur: *Deus Semi*, sed *Jehova Deus Semi*.

(b) Phrasis est significantissima, ut scimus ex Matth. XXII. 32. Nam quod Dei est, ejus est, cui DEus DEus. Talis itaque nullum, quem metuat, Hostem habet, sive is Homo, sive Diabolus aut Mors sit; Potest enim gloriari: *Si DEus pro me, vel meus, quis contra me*. Talis quoque in Deo reperit omnem Felicitatem, unde meritò: *Beatitudines Populi, cui Jehova Deus est* Psal. CXLIV. 15.

(c) Semus Japheto Natu minor majorem tamen accepit Benedictionem. Ita alii Abrahamus, Jacobus, Ephraim natu minores. Mundus quidem Annorum rationem habere solet, non item DEus. Homines exteriorem formam, Ætatem respiciunt; At Deus Animum. 1. Sam. XVI. 6. -- 13.

3. *שׁוּ*. Semum ita notat, ut Semithas includat. Quomodo Esau, Jacob, Israel horum Posteror. vid. Mal I. 2. 2. Rationes. 1. Benedictio hæc non est Personæ tantum, sed populi. 2. Nequidem constat, quod Cham & Canaan Semi servi fuerint: At Posteriores Canaanis erant servi Posterorum Semi. 3. Etiam Maledictio Canaanis non Personalis erat.

4. *מִבְּרַח* Quæritur: Cujus Numeri sit? Plurimi pro singulari habent, ex quibus maxime Noldius, qui Coccejum refutat explicantem

illis

illis, Deo scil. & Semo. v. Nold. 1466. Nihilominus & ego illos sequor, qui pluraliter vertunt *illis*. Non tamen cum Coccejo intelligerem *DEum & Semum, sed Semum & Japhetum*. Rationes 1. לְבוֹי frequentissimè Pluralis Numeri est, quod ipse quoque Noldius fateri debet, Vid. in Concordantiis ejus Particulas לְבוֹי & לְבוֹי. At raris singularis. Rectius verò sequimur frequentiore & ita ordinarium significatum, nisi gravis obstat causa. 2. Hæc vero non obstat; potius cum nexu convenit; Quippe Noachus ꝑ. 25. dixerat: Canaan sit *servus Fratrum suorum*. Idem bis confirmat tum hoc, tum seq. versu: *Servus sit illis* Semo & Japheto, ut scil. dixi. 3. Nec desunt auctores. Ex veteribus pluraliter accipiunt Onceles לְבוֹי Syrus, Samaritanus, Perla. Jonathan fluctuat.

Ad v. 27.

1. יָפֶת אֱלֹהִים לִיפֶת Clara est allusio verbi ad Nomen Proprium, ceu hujus rationem. Spiritui Sancto quam sæpissimè placet Paronomasticè loqui, v. Gen. IV. 25. *Vocavit Nomen ejus שֵׁחַ, quia שֵׁחַ possuit mihi &c. cap. XLIX. 8. יְהוּדָה אֵתָה יְדוּד, Item ꝑ. 16. יְדוּן עֲמוֹן. ꝑ. 19. גֵּר גֵּרֹד יְגוּדָה.* Sic הָר הַמְּשֻׁחָה הָרָה dicitur הָר מְשֻׁחָה 2. Reg. XXIII. 13. vid. Glassium in Phil. Sacr. p. 1996. & Gell. I, 114. At magis difficile, quid notet.

2. יָפֶת, Si auctoritatem veterum sequimur, *Dilatationis* notionem habet, scil. *Deus Japhetum dilatet* sive Terminos ejus latissimos faciat. Ita sumunt Onceles, Samaritanus, Syrus, LXX. & Vulgatus. Sensus quoque commodus. Nam, ut Bochartus harum rerum diligentissimus scriptor habet, ad Japheti portionem pertinebant Europa, Asia minor, Media, Iberia, Albania, pars Armeniæ & vastissimæ illæ Regionis ad Boream, quas olim Scythæ, hodie Tartari, obtinent. Unicum idque notabile Impedimentum est, quod Radix פֶּתָה apud Hebr. quantum scio, hanc notionem nullibi habeat. Semper notat *pellere, persuadere*, sive ad malum, sive ad Bonum. Speciatim prædicatur de Deo Hof. II. 16. Idcirco Ecce ego *allicies* בַּפְתִּיהָ *alliciens eam*. Quare Recentiores quidam vertunt: *Allicies*, ut Junius, Ainsworthus alique. Quibus & ego accedo. Rationes 1. Vox hanc Notionem apud Hæcæos habet, Jam significatus Linguae Hæcææ significatibus peregrina-

rum præferendus est, si locum habere valet. 2. Locum verò hic commode habet. Allexerat Deus Japheti posteros grato Evangelio, ut ei fidem haberent. Notatu dignum, quod hinc orta videatur Græcorum vox *πῆλω*, hinc *πῆλις*, quarum in conversione per Præconium Evangelij frequens mentio v. Act. XVII. 4. c. XVIII. 4. XIX. 8. &c. Modus ita docetur, quo Posterii Japheti ad Tentoria Semi perventuri sint, scil. alliciendo per Præconium Evangelij. Exstat & alia explicatio, scil. Jonathanis: *יפה* Pulchros reddat Dominus Japheti terminos, qua respexerat ad *יפה* Pulchrum esse. At *ת* in *יפה* hanc radicem respuit.

3. *אלהים* Observa discrimen. Noachus Semo benedicturus meminit: *יהוה* Dei. At Japheto meminit non nisi *אלהים* Dei. Ille enim majorem Benedictionem consecutus erat.

4. *רשבון באהלי שם* Et habitabit in Tentoriis Sem. Quærent, Quis? Deus juxta Oncelofum: Et habitare faciet Deus gloriam suam in Tentoriis. Etiam Raschius: *Quiescat Præsentia Dei in Israël.* Addit Hic porro: Est etiam Expositio Allegorica Sapientum: *Quamvis Deus Japhetum dilataverit, quoniam Cyrus, qui fuit ex posteris Japheti, edificavit Templum secundum, gratiosa Dei præsentia non quievit in eo. Ubinam autem requievit? In sanctuario primo, quod Salomon edificarat, qui ex posteris Semi fuit.* Sed hæc non placent. Ita Noachus hoc in versu non Japheto benedixisset, sed Semo. Ut vero Benedictio v. 26. pertinet ad Semum; ita hæc v. 27. ad Japhetum, uti constat ex Membro antecedente & sequente. Implementum quoque convenit. Japhetus dupliciter in Tentoriis Semi habitaverat. 1. Romani ex Japheto oriundi Judæam occuparant, Judæis expulsi. 2. Posterii Japheti Evangelio crediderant, atque ita fidelibus Semitis associati erant, v. Acta Apostolorum & Epistolas Pauli. Benè Jonathan: *Profelyti fiant filii ejus (Japheti) & habitent in Schola Sem.* Prædicta ergo erat his verbis gentium vocatio, Sed num etiam Judæorum, quæ adhuc speratur, inde liquere non puto. Anonymi, quem sapius cito, ratio non stringit: *Neque enim prius in Schemi Tentoriis manserunt, quam redeunt ad fidem Judæi.* Transferunt quippe ad Semi Tentoria, qui ex Japheti posteris Apostolis & aliis Judæis ex Semitis oriundis associati erant.

5. *In Tentoriis Semi.* Respicit hæc Phrasis prisca Habitaciones Semitarum, ut simul doceat Ecclesiam Dei his in Terris peregrinari. *Nec enim hic habemus urbem mansuram, sed futuram quarimus.* Hebr. XIII. 14. conf. XI. 9. 10.

Ad v. 28.

1. *Noah post Diluvium vixerat 350. Annos.* Ergo usque ad Annum M. 2006. Natus enim erat A. 1056. Vixerat verò 950. Inde liquet, quod duobus annis ante Nativitatem Abrahami, qui Lucem hanc A. M. 2008. vidit, decesserit. Fallit ergo Calculus Hebræorum; puta quod Noachus vitam usque ad Annum Abrahami 58. produxerit.

2. Uti Longævitas Noacho molesta, ita Ecclesiæ perutilis erat. *Illi molesta*, quippe vivendo attigerat difficilia tempora, posterorum suorum crimina ac novum terribile iudicium in Ædificatores Turris Babel. *Huic perutilis*, utpote fidus certusque Testis eorum, quæ ante Diluvium in Ecclesiâ & Mundo acciderunt. Pater ac avus ejus una cum Adamo per aliquod Tempus vixerunt. Ipse Diluvium & ejus causas perspectas habuerat: Novam gratiam ex ore Dei acceperat. Hæc & alia Ecclesiæ tradere poterat, ac c. tra. dubium tradiderat.

Ad v. 29.

Omissa Phrasis: *Genuit Filios Filiâsque* docet Noacho tres tantum filios fuisse, uti jam dictum, ac per consequens genus Humanum è Noacho per tres hos Filios descendere.

Observationes Theologicæ

Formatæ

Ex Cap. IX. Genesis

Ad v. 1.

Observ. I. *Postea benedixit. Ut sanctum Numen Peccatis sceleratorum ad Iram provocatum tandem terribiliter in illos animadvertit, (disce ex diluvio:) sic est dives Gratiâ erga fideles, cum quibus varie benedicit, tum maxime quando specimine Justitiæ in Malos statuto & ipsi territi sunt, ne falsum Numinis Conceptum fingant, putentque DEum Judicii,*

quæ:

quæ tamèn peregrinum ejus opus, in se delectari. Deus mavult Pater Hominum esse, quam Judex

2. *Benedixit Noacho & filiis ejus*, hinc toti generi humano ad nostra Tempora. *O ingens vis Benedictionum divinarum! Benedictiones Noacho dictæ etiamnum durant ac efficaces sunt in cunctis Terræ Incolis, posteris Noachi, quas Benignum Numen jam ante plura Annorum Millia in Progenitores contulit. Ah quantum Discrimen Benedictiones divinas inter & humanas! Hæ verbis, illæ ^{divinæ} constant.*

3. *Fructificate. Conjugum fecunditas in se considerata divina Operationis & Benedictionis Argumentum est, quod & rei natura paulo pensitata unumquemque evidentissime docet. Vel quis semen in utero format, producit, conservat, crescere facit? Certo solus Deus & ejus Benedictio. vid. Job. X. 10. 11.*

4. *Fructificate. Conjuges fideles etiamnum hodie virtute hujus Benedictionis Progenitoribus data semen Dei rectè quarunt, ac id consequendi fiduciam habere vultent.*

5. *Quanquam infideles ac scelerati Noachi Posteris vi universalis divinæ Benedictionis Liberos gignant, infidelitas tamen & Malitia eorum in causa est, ut Benedictio non sit Benedictio, nec Liberorum Semen Dei.*

Ad v. 2.

1. *Timor & Terror vester. Certe ^{omnium} vi est, si cogitamus Homines, subinde infirmos, staturâ parvos, Pueros, magnas quoque & feroces Bestias, veluti Equos, Tauros, Camelos ducere, regere, percutere, tervere. Fundamentum est Voluntas Dei & Dignitas Hominibus concessa. Medium minus Principale Spiritus, qui Hominibus naturâ inest, Bestiis verò deest. At Principale Spiritus Dei in Hominibus dominans. Quare in statu Integritatis perfectum erat obsequium Bestiarum ad voluntatem Protoplastorum Imagine Dei illustrium. Gen. 1. 26.*

2. *In Manus vestras tradita sunt. Sunt quidem Homines Creaturarum Domini justo Titulo; At tamen dependentes à supremo Domino, Creatore, qui hinc Creaturis juxta voluntatem & ad gloriam ejus uti debent. Quare Dominium cum Precibus & gratiarum actione, maxime in statu Lapsûs, exercendum est. I. Tim. IV. 4. 5.*

3. *In*

3. *In Manus vestras tradita sunt. Caelum, Terra, Mare Benignitate Dei omnibus Noachi Posteris apertum, liberumque; at Cupiditatibus, avaritiâ, violentiâ Hominum admodum clausum ac sermè paucis privum. Qui optimum Titulum Domini in Creaturas habent, Pii scil. mansueti & fideles. 1. Cor. III. 21. in justitiâ ac Vi infidelium, durorum, in misericordium subinde illo depelluntur. At tandem ingenti brachio summi Domini in integrum restituentur, vid. Matth. V. 5 Psal. VIII. 5-10. 2. Petr. III. 13.*

Ad v. 3.

1. *Ut viridem Herbam dedi vobis omnia ad edendum Divina eaq̃ benigna Numinis Concessio erga Noachi Posteris hæc est de omni Carne comedenda. Restricta quidem ad certas tantum Animalium Carnes sub Oeconomia Mosaica. Levit. XI. At sub N. T. denuò ita extensa est, Rom. XIV. 3. Coloss. II. 16. ut doctrina Dæmonum nunc sit Usus Ciborum, quem Deus cognoscentibus Veritatem ad sumendum liberum fecit, restringere, 1. Tim. IV. 1-6.*

2. *Liber quidem Usus omnis carnis sub. N. T. est; Non tamen eis ἀπορνὴ τῶν σαρκῶν ad occasionem carni Gal. V. 13. eis ἐπιβουλὰς ad Concupiscentias carnis Rom. XIII. 14. sed ut ceu Liberi tanto magis compellamur ad ambulandum secundum spiritum, ad Corpus ita regendum, ut spiritui obsequatur.*

Ad v. 4.

1. *Lex hæc de carne cum sanguine non comedenda nec Mosaica, nec etiam Abrahamica. sed originaliter Noachica est, data adeoque omnibus Noachi liberis. Hinc aequaliter patet ratio Differentiæ Decreti in Concilio Hierosolymitano lati de Ritibus Mosaicis, speciatim Circumcisione Abrahamica Gentibus conversis haud imponenda, data verò iisdem lege de abstinencia à sanguine & suffocato. Act. XV. 20.*

2. *Quando Spiritus sanctus, qui arcana Naturæ optimè novit, jam Animam sanguinem, jam sanguinem pro anima, jam animam in sanguine sistit (vid. Not. Philolog.) annon rectè hinc colligimus hæc duo conjunctissima esse, unum in alterum operari. Prudentes rationem quoque habent proprii sanguinis quoad Cibum, Potum Affectus, Venæ sectionem, ne ipsa anima inde Damnum aliquod accipiat.*

E

3. Quo

3. Quo magis fideles ſub V. T. à ſanguinis hauſtu arcebantur, eo magis ſub Novo compellimur ad ſanguinem JEſu Chriſti bibendum. Joh. VI. 53. *Niſi bibatis ſanguinem Filii Hominiſ, non habebitis vitam in vobis. v. 55. 56.*

Ad v. 5.

1. *Inquiram vel Requiram.* Quandoquidem DEus Peccata inquit, graviter punit, noſtrum eſt ab illis nobis cavere, vel, ſi patravimus, conſtitendo veniam eorum petere. Certe nemo ea celabit coram Oculis Dei omnia videntis. Nemo quoque effugiet à Manu & Omnipotentis & Omnipotentis.

2. *A Manu omniſ Beſtia.* Quodſi DEus in Beſtias noxias, rationis expertes animadvertit, quanto gravius animadvertet in Homines, Rationis compotes ac legibus obſtrictos, fratribus tamen, Damnoſos.

3. *A Manu Viri FRATRIS TUI.* Vinculum Fraternitatis obligat ad Amorem & Officia Humanitatis, minimè verò Libertatem dat Titulo Fratris alterum lædendi, quin potius Peccatum auget.

Ad v. 6.

1. *Per Hominem ſanguis ejus effundetur.* Eſſentia Legis manet Circumſtantiaſ ejus mutatis. Tempore Noach, etiam ſub Lege Moſaica, Privatus vindex ſanguinis Mortem occiſi vindicandi Libertatem certa Lege habebat. Recte nunc Potestas hæc Magiſtratibus humanis attribuitur.

2. *Sanguis effundetur.* Eſt juſta Talio: ſanguis pro ſanguine.

3. *Nam ad Imaginem Dei &c.* Uti Imago Dei in Hominiſ arceat Homicidium; ita quoque alia ſcelera adverſus Proximum, Execrationem veluti, odium, Iram, Injuſtitiam. Jac. III. 9. Eſt ergo Imago Dei præcellens Bonum.

4. *Actu quidem Peccator corruptus Imaginem Dei non geſtat, ſpes tamen ſuperest illam recuperandi.* Unde valet ratio Proximum, etiam quemlibet, non occidendi: DEus illum ad Imaginem ſuam condidit, & renovandi ad eam ſpem in Chriſto JEſu fecit. 2. Cor. III. 18.

5. Bonitas Protoplaſtiſ concreata eorum non fuiſſet priva, ſed tranſuſſet quoque ad Poſteritatem, ſi aliter in Integritate manuiſſent.

6. Ss

6. Si Scelus morte non nisi piandum, occidere Hominem ob Reliquias Imaginis & spem Recuperationis; Quantum scelus vexare, persequi, occidere actu renovatum ad Imaginem Dei ac propter Imaginem! Quod verò scelus committunt omnes illi, qui Jesum Christum in veris membris persequuntur. Quam ergo magni nominis Hortatio est! *Nolite Uictos meos contrectare.*

Ad v. 9.

1. *Et ego, Ecce Ego &c.* Qui se ipsos Proximum, Hostes, futura obstacula, plurima, varia & fortissima cogitant, illi facile fluctuant, languent, metuunt, desperant in consequendis Beneficiis. At firmus in fide extiturus Deum respicit, omnipotentiam ejus, veritatem, gratiam, ejusmodi divinas Promissiones: *Ego, Ecce Ego stabiliam Promissionem*, vel: *Ait omnipotens.* 2. Cor. VI. 4. ult. Atque ita fidelis fit *πληροφροῦν*; Deum, qui promisit, potentem esse, ut fidem liberet. v. Rom. IV. 21.

2. *Cum Semine vestro post vos.* Fervor Justitia divina tantus est, ut aliquando Peccantium tertiam quartamque generationem feriat: Exod. XX. 5. At non minor, imo Major Amoris fervor benefaciens ad Millestimam generationem. Exod. XX. 6. Unde hodiernum gratia, quæ Noacho & ejus Posteris promissa erat, durat ac à quibusvis Hominibus certa fide apprehendi valet.

Ad v. 10.

1. *Et cum omni Anima.* Est quidem *φιλανθρωπία* Dei species Amoris Divini excellentior; Sed & Deus reliqua sua opera, Animalia quoque, amat, fovet, conservat, nutrit, protegit, vid. Plal. CXLV. 9. Dissimilis ergo Deo is est, qui in Animalia sævit, pabulum, quod iis necessarium, subtrahit, ac supra vires ad laborandum, currendum im-misericorditer astringit.

2. *Uti Deus Hominibus, ceu Dominis Animalium, peccantibus etiam Animalia perdit, ita iisdem propter Homines benefacit*

3. *Magna ergò Pietatis ac sapientia Utilitas est, ut de ea Bestia quoque latentur* Quare non mirum omnem Creaturam plenam Filiorum Dei Libertatem avidè præstolari. Rom. VIII. v. 19.

E 1

Ad

Ad v. 11.

I. Non excindetur ulla Caro. Gratiōse propendet DEus ad parcendum Exitio Carnis, Animalium quoque: Quanto ergo major propensio ei inest ad parcendum Animabus carne longe nobilioribus, ceu facultatibus ad DEum cognoscendum, honorandum, amandum, æst mandum, prædicitis. Hic pollicetur Gratiam Carni, sed alibi jurat se morte nostra non delectari, delectari verò Resipiscentiâ & vitâ. Ezech. XXXIII.

II.

2. מַיִם הַמַּבּוּל. Ab aquis hujus vel talis Diluvii. Prudentia & circumspectio poscitur ad explicandum scripturam, Promissiones divinas spectatim, ne vel meticulosi, vel Hostes sacrarum Literarum ansam sumant Veritates in dubium vocandi, Deo diffidendi, aut etiam acutis dentibus eas rodendi: Solet etiam tum accidere, quando unica Literula, monstrativa (ut hic מַיִם in מַבּוּל:) & distinctiva tamen, negligitur. Meticulosus, Vim aquæ expertus, secum cogitat: Num Promissio divina de Terrâ Aquis non perrendâ impletur? Quomodo ergo mihi aliisque tantum malum accidit! Irrisus verò numerat plures & graves Inundationes, quæ orbem corruperant. Hinc ridet ille & ait: An ergo vera est hæc Noacho & posteris data Promissio? Annon. Historia tot contraria Documenta tradit? Tradit quidem, sed non Inundationes Orbis universi, qualis Noachica erat, & qualis non immittenda promittebatur. Ab Aquis מַיִם הַמַּבּוּל Talis Diluvii. Verus ergo Deus in Promissionibus suis est.

3. Promissiones ergo divina ita se habent, ut carni nullam relinquunt securitatem, Orbis quidem Diluvio nunquam perdetur: At vero perdi potest Habitatio, Ager, Pagus, Urbs, vel etiam integra Regio injustorum, Tu igitur quisquis es Deum aquarum time.

Ad *. 12.

I. Hoc signum Fæderis, Tantus est Amor & Ferror Dei ad expugnandum nostram Infidelitatem, conciliandum verò gratia & Promissionibus suis Fidem, ut non solum idem Promissum multis proponat verbis, semel ac iterum repetat, corroboret, sed & signo illustri, cælesti, divino, quasi perrecta Manu munit, imo juret *. 8--19. Esa. LIV 9. Hebr. VI. 17, 18. Credamus ergo & fidem habeamus juranti, qui fidem habere debe-

debemus, ac etiam tutò possumus, simplici veracissimi Testis Testimonio.

2. *Ad Generationes seculi. Gratiòsa hæc Numinis Promissio etiam nos spectat.* Sumus & nos Noachi Filii. Deusignum Iridis nobis quoque conspiciendum præbet. *Generaciones Mundi* etiamnum durant, licet plurimæ jam elapsæ, & quam paucæ secuturæ sint, nos lateat.

Ad v. 13.

1. *Arcum meum posui in Nubibus. Iris opus Naturæ admirabile, illustre, oculis jucundum, toti orbi conspicuum, Deo varîe gloriosum, ut hinc merito Syrach dixerit: Arcum intueri & illum lauda, qui eum fecit Syrach. XLIII 11.*

2. *Eadem insuper gratiosâ Numinis Voluntate commodum Dei reconciliati, animum hostilem deponentis, signum & Pignus orbi donatum est.* Arcus enim est, sed non bellicosus, nervo fracto, sagittis abjectis, ac Cornubus terram versus versis, uti, Martyre observante, Milites Pace confecta Arcum olim gestaverant. Meritò itaque fidelis Iridis conspecta, lætatur ac laudat Deum: Omniò laudandi sunt Judæi, qui Iride vis, preces fundunt, & fidem Dei in servandis Promissis celebrant. vid. *Maimon de Benedict. c. XVI. 16.* apud Ainsw. Gen. IX. 14.

3. *In Nube.* Nubes sunt, quæ aquas copiosas continent ac etiam, jubente Deo, fundunt ad inundandum Regiones. Unde in facris ceu Symbola Judiciorum sistuntur. Joël II. 2. Zeph. I. 15. *At Iris in Nube certiorat de Ira Dei in gratiam conversâ.*

4. *Inter me & inter Terram.* Commodè signum gratiæ loco medio inter Deum & Homines ponitur, doceretque Reconciliationem Dei cum Hominibus, Cæli cum Terra;

Ad v. 16.

1. *Videbo Arcum ad recordandum fœderis aterni. Si Deus Iridem aspicit, tanquam Motivum Gratiæ testandi, æquissimum est ut & nos eandem intueamur tanquam vinculum obedientiæ, quò certum Nobis Protectionis divinæ Pignus sit.* Aliàs haud mirum Deum justum Arcum gratiæ convertere in Arcum Iræ, hunc tendere & sagittas ardentis in Inmorigeros emittere. vid. Psal. VII 13; 14. Thren. II. 4.

2. *Arcus erit in Nube.* Differt Iridis signum ab aliis Typorum

E 3

sc.

& Sacramentorum signis. Hæc communiter infirmis, & haud rarò impuris Hominum manibus tenentur, monstrantur, traduntur; At Iris in Nube est, glorioso symbolo Præsentia divina, cœlesti, divino curru. Id quod fide pensitatum dat & Reverentiam & Fiduciam; Pignus gratia enim Nubes sistit, promittit ac exhibet.

3. In omni carne, qua super Terram. Fidelis, qui carnis reliquias sentit, deplorat ac tantum non tristis exclamare debet; *Σαρξική, Carnalis ego sum* erigitur, solatium accipit, fide cogitans ac apprehendens Iridem Gratia Divina signaculum esse, memoriam DEI, Fæderis inter illum & inter omnem Animam vivam IN OMNI CARNE, qua super Terram.

4. His circa Iridem observationibus Theologicis allatis commodè quaritur; *Quale signum Iris fuerit? An gratia, qua Ecclesie vera priva est, an verò qua concernit totum Mundum, Impios quoque & Animalia?*

Re. Posterius affirmatur ex claro sono Literæ. Nam Primò certum est gratiam, quam hic Deus promittit, Universalem esse ac spectare omnes Homines, omnia Animalia & Universam Terram. v. 9.-16. Memorat enim gratia hujus Compotes omne Semen Noachi, omnem Animam vivam, omnem Carnem, feras, Pecora domestica, Aves, Terram ipsam. Ergo gratia hæc Fidelium priva non fuit. *Secundò* nulla fit diserta Mentio Bonorum spiritualium salvandis propriorum, uti Spiritus S., Sapientia, vita æterna &c. Sed Diluvii; quale Noachicum, non immittendi & Terræ non perdendæ, ut tum perdita erat. Ex Nostri ita quoque judicat Cel. Witius *Oecon. Fæd. Lib. IV. c. VII. r. VIII. Universalis* (gratia, qua hic promittitur) *in Fædere gratia aliena est.*

Porro Quaritur; Annon Gratia hæc à fidelibus ejus Temporis & etiamnum tacite & validè referatur ad gratiam istis privam applicandam.

Re. Utique. Et quidem per argumentationem a Minori ad Majus. Si enim tanta Longanimitas & gratia Dei erga omnes Creaturas, quantò major erga Fideles, Amicos Dei, semen Mulieris, Hostes satanae, hæc dein Promissio alias non fustulit, speciatim illam Gen.

Gen III. 15. sed potius confirmat. Quod porro inde patet, quoniam subsequente Tempore Gratia Dei Ecclesiæ veræ propria clara allusione ad hoc signum propinatur, uti constat ex Esa. LIV. 9. *Nam mihi erit (sicut) Aqua Noæ, (quando) juraveram, ne Aqua Noæ ulterius Terram transirent, sic juravi, ne irascat Tibi quis Te obsurgem.* Porro Visione, quam Ezechiel de Gloria Dei viderat: *Quemadmodum Aspectus Arcus, qui in Nube erat, in die Pluvie, sic aspectus Fulguris circum quæ, c. I 28.* Et tandem ex Apocal. e. IV. 3. *Sedens (in Throno) similis erat aspectu Lapidis Jaspidi & Sardio; Et Iris erat circa Thronum similis aspectu Smaragdo.* *Ut agnoscamus, inquit Rictus citante Witio, Thronum Christi Misericordiâ esse circumdatum, eamque etiam in vultu suo præ se ferre, quando se manifestat: Præsertim in istius Facie nos habere Iridem illam, qua certi sumus non solum Aquas non amplius Terram in universum inundaturas, sed præterea & præsertim non metuendum nobis esse Irae divinæ Diluvium, quando Christus Patrem placavit, quem dum respicit Deus, recordatur Misericordia sua & Promissionum, qua in ipso sunt Etiam & Amen. Apparet igitur coronatus Iride Christus tanquam gratia & Pacis Nuntius. Est enim Princeps Pacis & Pax nostra. Esa. IX. 6. Ephes. II. 14.*

Præterea Quaritur; Qualis Analogia commode instituatur:

Ad Promittendum Longanimitatem & Clementiam Creatoris sequens.

Typus.

- I. Iridis Auctor Deus est.
- II. Iris, quæ Meteoron in toto orbe conspiciendum, Immunitatem ab universali Diluvio toti Mundo promittit.
- III. Iris dein Arcus est absq; Ner-vo & Telis, cornibus versus Terram versus.
- IV. Insuper durat, quamdiu generationes Mundi durant,

Anti-Typus.

- I. Longanimitas, qua Mundus gaudet, divina est.
- II. Deus omnibus Bonus ac miseretur omnium operum suorum. Psal. CXLV. 9.
- III. Longanimitas Dei innocua est, ac quæ Mundus promeretur judicium exitialia intercipit.
- IV. Dei Longanimitas ad fines Mundi extendetur Psal. XXXVI. 6. seq.

V. Porro

- V. Porro nulla tamen Iris oriri possit, nisi Nubes & Pluvia existarent. Iridem subsequuntur haud densa pluvia, vel aliquando serenitas.
- VI. Nec non participat de colore sulphureo, rubro & viridi.
- VII. Denique Caelum inter & Terram posita est.
- VIII. Iris ultimò maximè conspicuum caeleste signum oculos aperit & Homines ad admirationem, Laudem ac Cultum Creatoris excitat. Soli caeci inde non moventur.
- V. Longanimitas Dei tum maximè conspicua fit, quando Mundus Iram divinam excitavit, ac promeritus esset totale Exitium: At intercedente Clementia mitigatur Ira, vel etiam profus tollitur.
- VI. Clementia Dei, quâ Mundo parcit est, Justitia ejus Misericordiâ temperata, hinc grata & amabilis.
- VII. Longanimitas divina Mediatorem agit inter perfectiones divinas punitivas & actiones Mundi irritativas.
- VIII. Tam illustris est Dei Longanimitas erga Mundum, ut Creaturas intelligentes potenter excitet ac rapiat in admirationem, celebrationem, Reverentiam ac servitium Dei. Psal. XXXVI. 6. 7. CIII. 8 -- 15. Rom. II. 7. Spiritualiter caeci Longanimitate Dei ad proprium Exitium abutuntur.

Ad promittendum verò Gratiâ Singularem Fidelibus, quædam muranda & supplenda sunt, uti.

Typus.

- I. Iris à Sole splendete oritur.
- II. Iris Meteoron per totum Orbem existens.

Anti-Typus.

- I. Gratia hæc à Sole Justitiæ.
- II. Gratia Dei in Evangelio per totum orbem annuntiatur. Marth. XXVIII. 19. Marc. XVI. 15. Rom. XI. 18.

III. Iris

- III. Iris ceu signum durat usque ad generationes seculi.
- III. Gratia Dei in JESU Christo ad finem Mundi usque prædicabitur. Ejus Effectus tamen in fidelibus simpliciter æternus erit.
- IV. Iris, quæ Naturâ in Nubibus Cœli, apparet insuper circumdans Caput JESU Christi,
- IV. Fideles quidem de Longanimitate Dei etiam ex Natura & operibus divinis, fortius tamen ex JESU Christo Principe Pacis certiorantur.
- V. Iris participat de colore sulphureo, Rubro & Viridi, atque ita oculis sistit aspectum jucundum.
- V. Justitia Dei ob Peccata nostra ad puniendum excitata sanguine JESU Christi mitigatur, convertiturque in amabilem gratiam. v. Rom. III. 19. 24. 25.

Tandem **Quæritur**: An Promissio Gen. IX. sub signo Iridis absolute intelligenda, ut diluvium nullum subsecuturum, quomodo cumque se Mundus erga Deum gerat; An verò conditionatè, præstitâ scil. obedientiâ arga Deum.

g. Prius veram ratione totius Mundi: Posterius ratione singulorum. Deus absolute promisit se universum orbem Diluvio, quale tempore Noachi immiserat, non perditurum, quomodo cumque Homines vitam instituturi sint. Unde tale Judicium hætenus non extitit nec existet. vid. c. cit. v. 15. An non promisit Immunitatem ab hac Pœna ratione singulorum, ut integrorum Pagorum, Urbium, Regionum graviter adversus Deum peccantium. Contrarium Historia Diluviorum particularium, tum antiqua tum recentior probat. Soli Pii Peccata deplorantes certi sunt aquas multas inundantes ad se non perventuras. Psal. XXXII. 6.

Ad v. 18.

I. *Filii Noe Sem, Cham, Japhet.* Cham autem erat Pater Canaan. Antiquissima Historia meminit simul Piorum & Impiorum. Datur ergo Celebritas *Ευφημίας*. Datur quoque *δυσφημίας*. Antiqua Nomina Piorum & Impiorum. Stultum itaque Famæ Celebritatem simpliciter

ter sectari. Longè Lateque celeberrimi quidem sunt Cham & Canaan, sed in Ecclesia Dei pessimè. Si igitur vis apud Pios posteros benè audire, benè quoque vive. Vta & Fama etiam hoc sensu pari Passu ambulant.

2. Proximitas sanguinis cum Proximitate spirituum, Animarum non semper conjuncta est. Qui ejudem sanguinis, haud raro contrariorum spirituum sunt. Si enim sanguinem spectas, consanguinei erant Noah, Sem, Japhet, Cham, Canaan. Si verò Mentem, quam maximè discordes. A Noacho integro, pio, secundum Carnem orti sunt Illusores & Impii, Cham & Canaan. Noli itaque in carne & sanguine gloriari & dicere *Patrem habemus Abrahamum*. Idem Dei spiritus beatam cognationem producit.

Ad v. 20.

Noa plantavit Vineam. *Ipsis piis sagacitas, Prudentia, Inventiones, Labores, hinc successus circa Naturalia aliquando periculosi & noxii sunt. Quare Circumspectio, imò & Metus circa hæc pollicitur. Valer & hic magni nominis conditio; In Domino, In Nomine Jesu Christi laborandum.*

Ad v. 21.

Inebriatus est. Noli temerè dicere Ebrietatem vitium haud esse, vel leve tantum. En tristissimum ac ad longissimam posteritatem prosumum Effectum. Sanè si hunc serius cogitamus, non sine horrore aliquo de Ebrietate & ejus Vitio cogitabimus. Si itaque quidam Ebrietatis Actus externo ac noto noxio Effectu carent, scias Effectus noxios etiam dari ignotos, internos, æternos. Minimum non vitii Naturæ, sed immeritæ gratiæ Dei tribue, si Effectus Vitio non respondet.

2. Aranearum Naturam habent illi, qui Scripturam, quæ data est ad studium sanctitatis, detorquent, ac Licentiam peccandi ex ea extorquent. Procul dubio Consilio Spiritus S. Ebrietas Noachi Literis sacris consignata est, ut Vitium hoc tantò magis fugiamus. Huic verò Consilio resistunt illi, qui putant Vinum impunè ingurgitari præeunte Noacho. Ar de his jam olim scripserat Petrus II. Petr. III. 16.

3. Simus ergo nos Apibus similes, ac Intentionem Spiritus S. ad salutem nostram in Saeris quaramus, hæc cogitando: Tantus Vir, qui Pietate sua Aquas Diluvij evasit, vini Dulcedine & Robore victus est.

Unico

Unico Ebrietatis Actu sibi & Posteritati gravem intulit noxam. Quantopere ergo Vitium hoc fugiendum ac vinum in Timore, Precibus suis, ad Gloriam Dei bibendum est. Memores itaque vitii hujus a Nobis commissi humiles simus, veniam deprecemur, sobrietatis gratiam expetamus, & frequenter recordemur verborum Pauli. *Μὴ μεθύσκεσθε Οἴνω, ἐν ᾧ ἐστὶν ἀσυνία, ἀλλὰ πληροῦσθε ἐν πνεύματι.* Ephes. V. 18.

4. *Denudatus in Medio Tentorii sui. Vinum largè haustum, quemadmodum denudat Turpitudinem Corporis, sic sapissime Mentis.* Fuge ergò Ebrietatem si Turpitudinem tuam tectam cupis.

5. Qui Noachum Ebrum nudumque cum Christo tanquam Antitypo, ardentis veluti Passiones Vicarias desiderante, ac in cruce denudato aut fidelibus animabus passionum avidis & Influxu Gratiae destituti nudisque conferunt, illi, ut modestè dicam, imprudentissimè & ἀθεολόγως allegorizant.

Ad v. 22.

Annuntiavit in Platea. Indolis Chamitica sunt, qui Actiones, maximè Parentum, Praefectorum, turpes, domesticae, Privatas, clandestinas acutè contemplantur, ac cum Aviditate Praeconium earum faciunt.

Ad v. 23.

1. *Texerunt Nuditatem. Semita sunt, qui Amore impellente Infirmi- tates & Peccata Proximi, praepriis Superiorum, studio tegunt.* Cæci ac muti illi sunt, Jac. V. 20. I. Petr. IV. 8. reportantque Benedictiones.

2. *Sens scilicet accepit. Qui alterum Pietate antecedit, antecedit quoque Laude & benedictione.*

3. *Etiam Japhet. Malos, Illusores, Fratres licet, sequi haud debemus; ac Pios ac Fame Tutores, id quod Japhetus recte observaverat.*

Ad v. 24.

1. *Evigilavit. Quanta Ebrietatis Enormitas sit vel inde constat, quod Hominem Rationis & sensuum usu privet, Dormienti similem reddat exponatque aliorum cachinnis ac Injuriis. Quare & hoc speciali sensu valet illud: Evigila, qui dormis.*

2. *Cognovit, quod fecit illi. Solent quidem Mali scelera, quae patrant, studio tegere, ac Proximo, etiam illi, quem venerari debent, iusicio injuriam inferre; Attamen τὰ κρυφῆ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν suo*

tempore in Lucem protrahuntur, experiunturque scelerati vindictam divinam. Noli igitur in occulto agere, quod manifestatum tibi Damnum adferet. Si vel Homines lateret, minime lateret Dei Oculum.

3. *Filius ejus parvus.* Scilicet, Canaan Chami Filius. Valer hic Proverbium: *Malus Corvi malum Ovis.*

Ad v. 25.

1. *Maledictus Canaan.* Cave Tibi, ne Parentes vel Majores tuos illudas. Ira illorum Liberis gravissima est, & Verba Execrationis plus sunt quam verbera. Exemplum hic habes in Canaane. Vid. quoque Loca Prov. XXX. 17. Exod. XXI. 17. Deut. XXVII. 16. Prov. XX. 20.

2. Bene quoque agunt Parentes, si Fervorem erga Liberos, etiam Immorigeros, temperant, verbis seriis admiscunt dehortationes cum Benedictionibus ad Resipiscendum conjunctas. Praestat Liberos inobedientes verbis gravibus terrere, ut simul benedictiois ad meliores reducantur Fruges.

3. *Canaan. Liberi.* licet naturâ Parentibus conjunctissimi sint, non tamen communicant de Pœnis & Execrationibus divinis, quae Parentes feriunt, nisi de malis eorum Moribus participant. Chamus plures alios habuit Liberos præter Canaanem. Hic tamen solus memoratur, locius uti sceleris Paterni ita simul Maledictionis. Historia Josuæ, sub quo hujus Canaanis Filii ex Terra Possessionis expulsi erant, probant veritatem Execrationis hujus.

4. *Servus Servorum sit Fratribus suis.* Solum Numinis servitium nobilis Libertas est. Alia quaque servitutes serviles sunt & tristes Peccati Effectus. Corporis quidem toleranda, si fata volunt, cogunt 1. Cor. VII. 21. At Animo servire Diabolo, Peccato, Mundo, vel etiam Hominibus Conscientiæ Tyrannis, illa miserrima servitus est, ac libertati Filiorum Dei, maximè sub N. Testamento, è Diametro adversatur. Joh. VIII. 34. 35. 2. Petr. II. 19. 2. Tim. II. 26. Heic rebel- lare licet.

Ad v. 26.

1. *Benedictus Deus Semi.* Uti Parentes illudere, Marore afficere terribiles secum fert Execrationes, sic illos honorare, amare, iis obedire dulcissimas ac præstantissimas adfert Benedictiones. Hoc erga Parentes officium

cium primum Dei Mandatum est Promissione sacrum, v. Exod, XX. 12. Ephes. VI. 2.

2. *Benedictus Jehova. Singulare Medium sibi aliisque Benedictiones divinas adprecandi est Benedicere Deo, sive Deum laudare, ac omnis Benedictionis Fontem honorare.* Quare si salutem tuam amas, lauda Deum. Agnoverunt hoc ipsum sacerdotes gentis Judaicæ, qui dixerant, Illos, qui suffiunt, discescere Hinc statuerunt, ut sacerdotes per omnem vitam semel tantum Munus suffiendi ducerent. quo ita Plures Divitias Numinis consequerentur. *הרשים לקטורה*, *Novi ad suffitum accedant, & sortiantur.* Miſchn. Tr. הַמִּיד. c. V. 2.

3. *Benedictus Jehova. Nos Deo verbis benedicimus* Perfectiones ejus agnoscendo, celebrando; *At Deus reipsa nobis benedicit* Realia Beneficia in nos conferendo.

4. *Jehova Deus Semi. Habet quidem omnis Pietas Benedictionem Numinis: Attamen quo major Fidelium Pietas est, eo quoque major Benedictio.* Semus scil. Japhetum Pietate antecesserat.

5. *Jehova Deus Semi. Quanta Gloria! Quanta Utilitas! Quanta etiam Securitas! Jehova Deus Semi.* Spiritus S. semel ac iterum exclamavit: *Beatitudines Populi, cui Jehova Deus ejus.* Psal. XXXIII. 12. conf. CXLIV. 15 LXV. 5. Ingentis hujus Felicitatis & nos patricipes reddi possumus; Imo cœlesti vocatione ad eam vocamur, Modo credamus, Pie vivamus ac Inquinamenta Mundi fugiamus, tum Deus Semi etiam Deus noster, Deus tuus, Deus meus. 2 Cor. VI. 16.

7. *Tanta uti Maledictionum ita & Benedictionum vis est, ut transeant ad Seram Posteritatem Majorum vestigia legentem.* Implementum quippe Execrationis, Benedictionis non tam in Personis, Canaane & Semo, quam utriusque Posteris ostendi potest.

8. *Noli Benedictiones Dei mundanè explicare, veluti de Potentia, Gloria, Divitiis, sapientia carnali.* Quomodo aliàs ex Historia luculentum Implementum Benedictionis in Semitis, Maledictionis verò in Chamitis, Canaanitis monstrari possit. Explicanda maximè sunt spiritualiter de mediis & beneficiis gratiæ, vitæ spiritualis & æternæ.

9. *Ut verò tum Maledictiones, tum etiam Benedictiones Parentibus, Majoribus dictas rectius intelligamus, probe sciendum est sobolem ac Posteritatem*

ratem maxime *Moralem cogitandam* esse. Unde Piorum Liberi, Posterique, secundum Carnem tantum tales, at secundum Mores Canaanæ, Chamae Benedictionibus divinis excidunt, potius Chamae & Canaanis Generatio habentur, ac de Maledictionibus eorum communicant. *Non enim omnes Israel, qui sunt Israël.* Nec omnes Canaanitæ, qui Canaanitæ. Unde qui juxta Carnem è Chamo quidem oriundi, sed in Fide Semi tamen incedunt, Filii Benedictionis, non verò Maledictionis sunt.

Ad v. 27.

1. *Allicit. Commoda vox, quæ vera Ratio Homines in Communionem Ecclesie ducendi exprimitur.* Ducuntur enim alliciendo, Argumenta persuasoria Conscientiæ proponendo, demonstrando, ut veritati credant. Conveniunt Hebræorum *נִשְׁבַּח* & Græcorum *πειθω*, nisi dicendum hoc ab illo oriri. Notanter hinc de Paulo Lucas Actor. XVIII. 4. *Differuerunt in Synagoga singulis Sabbathis, in Hebræis & Græcos.* XIX. 8. *πειθων τὰ περὶ τοῦ βασιλεως τῶ Θεῷ* Cap. XXVIII. 23. *πειθων τοῦ ἀκούειν τὰ περὶ τοῦ Θεοῦ.* Quare, qui annunt, dicuntur *πίστιν fidem habere.* Suadendo enim fides excitatur & gratia Dei gignitur. *πίστις est ἐξ ἀκουῆς ex auditu.* Rom. X. 17.

2. *Qui igitur Homines, speciatim Japheti Posteris, Auctoritate humana, Ecclesiastica, Brachio carnali ad πίστιν cogendos esse opinantur, ac, se pote, actu cogunt, Vaticinio huic de modo Conversionis contrariantur, & Fidem, quæ à sola Persuasionem oritur, impossibiliter producant.* Saulo potius similes sunt *ἀναγκάζοντες.* Actor. XXVI. 11. non verò Paulo *πειθοντες* Actor. XVIII. 4. XIX. 8. XXVIII. 23. Nec veri Japhetitæ, qui nomen à Persuasionem habent, se cogi patiuntur, Sunt enim *Populus Spontanciaris.* Psal. CX. 3.

3. *Deus allicit.* Gentiles quidem gloriabantur de Dea *πειθῶ suada,* suadela flexanima, quæ Mentem trahere dicitur, sed deceptrix illa est. At DEUS Semi est *σοφωγωγὸς ἀληθινὸς, בְּרִפְתָּה Persuasor.* Hof. II. 14. quem iraque Jeremias alloquitur: *suasisti mihi & persuasus sum.* Jer. XX. 7. Possit enim omni persuadendi vi. Veritatis Naturam perspetam habet. Perspetam quoque habet Mentis humanæ statum. Valet ille ad Cor loqui & *בְּהַבְלֵי אָדָם Funiculis Hominum,* quibus hi trahi possunt, attrahere, Hof. XI. 4. Unde Nemo potest ad Filium venire

venire, *Εάν μή ὁ πατήρ ἐλκεύῃ αὐτόν.* Joh. VI. 44. *πίσις* est Dei Donum, Ephes. II. 8. *DEUS* χαρίζεται *πιστεύειν.* Phil. I. 29. *JESUS* Christus aeternus *λόγος;* est *Ἀρχαγγέλος* καὶ *τελευταίος τῆς πίστεως.* Hebr. XII. 4. quem itaque invocare debemus; *βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ* *Auxilio sis infidelitati.* Marc. IX. 24. *πρόσβες ἡμῶν πίσιν.* Luc. XVII. 5.

4. *Deus* allicit etiam mediatè per verbum, *Mosen & Prophetas.* Unde si *Mosen & Prophetas* non audient, neque, si quis ex Mortuis exurgeret, *πειθίσονται.* Luc. XVI. 31. *Praecipue per Evangelium,* ex quo *Fides.* Rom. X. 17. Verbo aliquando addit *Miracula, Mira, Castigationes, Beneficia.*

5. *Quaquam Ministri Verbi divini etiam* *מִשְׁתָּרֵם* *πέθοντας* *sint,* ut eorum *Ministerio* quidam credant ac plurimi *Japheti Posteris* *Perfussionibus Ministerialibus* ad *Fidem* ducti fuerint. *Actor XIX. 3. XIV. 1. Rectè tamen Noachus* *Perfussionem Deo attribuit,* ceu à quo omnis in *Perfussionibus Ministerialibus* *Ἐκλογῆς* dependet. *1. Cor. III. 5 -- 8.*

6. *Allicit Deus Japheti Posteris ad Communionem Ecclesiae.* Ergo non cogit. Noli igitur putare Te absque usu *Mediorum, Auscultationis* veluti, *Judicii, Penfationis Argumentorum* *Perfuasiorum,* *Precum* *Fidem* *Evangelio* habiturum, Te invitum vi quadam omnipotente divina coactiva fidelem fore. Si renuis *persuaderi,* propria *Culpâ* infidelis eris. *Malè Culpam in DEum* transferes, quod te fidelem haud fecerit. *Matth. XXIII. 37. Psal. LXXXI. 12 -- 15.* Non enim *Lapis* aut *Truncus* es.

7. *In Tentoriis. Ecclesia* *his in Terris* *vagatur,* *variis Injuriis* *exposita* est, *militatque.* *Tentoria* quippe ceu *Portacilia* ab *Ædibus* *fixis* differunt, *Inclementias* *Aëris* magis experiuntur, quam *firmæ* è *saxis* *quadratis* *constructæ* *Ædes.* *Ulus* quoque eorum *Tempore Belli.* *Hinc etiam* *alibi* *Ecclesia* *Militans* *sub* *Tentoriis* *sistitur.* *Jes. XXXII. 20. LIV. 2.* *Omnes* quoque *fideles* in *Tentoriis* *habitant* *2. Cor. V. 1. & quærun* *Urbem,* *quæ* *fundata* *est.* *Hebr. XIII. 14. XI. 9. 10.*

8. *In Tentoriis* *Semè.* *Scrutantes* *Divitias* *Verbi* in *duabus* *his* *vocabulis* *שֵׁם* *בְּאֵלֵי* *plures* *reperiunt* *veritates,* *veluti* (a) *DEum* *primo* *ex* *Judæis* (*Hi* *quippe* *ex* *Semè* *oriundi* *erant*) *Ecclesiam* *electurum* (b) *Tum* *quoque* *ex* *Gentibus* *sive* *Japheti* *posteris* (c) *Gentiles* *con-*

corporeos & participes gratiæ divinæ, quam Ecclesia Judaica habuerat, fore (e) Eandem Doctrinam Fidei in Ecclesia V. & N. T. futuram. Japhetici quippe habitant in Tentoriis Semi, non nova exædificarunt. v. Ephes. III. 6. Gal. III. 9. 14. Ephes. II. 13. I. 4. 16. Actor. XIII. 8. XV. 11.

Quam dives Verbum Dei sit vel ex dictis ad hocce vaticinium Noachi constare potest. Si quis plures vaticinii hujus Divitias nosse cuperet, præter alios adeat *Robertum Gell in seinen Anmerkungen über das erste Buch Moses* Gen. IX. 26. 27. cui ex adductis plura debemus, ac grati agnoscimus. Qui juxta Regulam Pauli; *Omnia explorete & quod Bonum est retinere* Viri memorati & Doctissimi & Pii Scripta ritè legunt, illi cum *Ædificatione* reperient observationes ejus minimè triviales esse.

Ad v. 29.

Antequam Finem imponimus huic Capiti, Quæstionem movēbimus; *An Noachus Typis Jesu Christi ritè annumeretur.* R. Licet Argumenta pro sententia Affirmativa adeo clara & valida non sint, non tamen prorsus destituta est Rationibus, quales sunt.

1. Dicitur Noah. נח *Quies.* מנחם *Consolator* Gen. V. 29. Jesus Christus cum respectu adhuc Locum videtur Quietem promittere. Matth. XI. 28. Tum audit מנחם *Consolator* Jes. LI. 12. qui consolatur omnes Lugentes. Jes. LXI. 3.

2. Dies Noachi & Dies adventantis Christi ab ipso Salvatore inter se comparantur Matth. XXIV. 37.

3. Diluvium Noachi Typicum proponitur 1. Pet. III. 21 Ergo ob Conjunctionem etiam Noachus Typicus.

4. Accedunt variæ & notabiles Comparationes Noachum inter & Christum.

Noachus Typus

1. *Ratione Nominis.* Noachus à נח *Quiete* Nomen habet.

Christus Anti-Typus.


1. *Ratione Nominis* Jesus Christus veræ *Quietis* Auctor est. Matth. XI. 28.

2. *Ratione*

1. *Ratione Qualitatum.* Dicitur Noa *justus, integer, ambulans cum Deo*, Gen. VI. 9.
2. *Ratione Qualitatum.* Est JESUS Christus in *Hebraeo* צדיק *justus* Zachar. IX. 9. Jehova צדק *justitia nostra*. Jerem. XXIII. 6. integerrimus, utpote sanctus, Innocens, impollutus, à Peccatoribus separatus Hebr. VII. 26. in quo nullus Dolus. Esa. LIII. 9. quique DEum semper ante oculos habet Psal. XVI. 8.
3. Hinc invenit gratiam in Oculis Dei. Gen. VI. 8.
3. Dilectissimus Patris, cum in quo Anima ejus acquiescit. Esa. XLII. 1. Matth. III. 17.
4. *Ratione Muneris.* Noachus erat Propheta Gen. IX. 26. 27. Praeco justitiae 2. Petr. II. 5. Sacerdos, cujus sacrificium צדקה Gen. VIII. 21. Rex Familiae & Mundi.
4. *Ratione Muneris.* JESUS Christus est Propheta Magnus Joh. I. 18. 21. qui Justitiam in Coetu magno praedicavit. Psal. XL. 10. Pontifex. Hebr. III. 1. cujus sacrificium עבודתה Dei Eph. V. 2. ac Rex totius Terrae Psal. XLVII. 8.
5. *Ratione Effectus.* Qui Praeconio Noachi Fidem habuerant, atque Arcam, quam is fabricaverat, ingressi erant, omnes quoque servati erant. At Infideles & Mali Aquam Diluvii derrepente perierant. Genes. VIII.
5. *Ratione Effectus.* Omnes, qui Evangelio JESU Christi credunt, atque veræ Ecclesiae, extra quam salus non datur, associantur, illi etiam salvantur. At Infideles & immorigeri subito Judicis divinis abripiuntur, percuntque. Joh. III. 18. 36. Matth. XXIV. 37.
- G
Attamen

Attamen aliorum Typorum inftar Noachus JESU Christo ita
similis est, ut hoc longè inferior sit, imò quoad Infirmittates & Pec-
cata non magis Salvatoris Typus dici potest, quam Aaron Vituli
aurei Auctor Filii DEI Magni Sacerdotis. Vid.
supra Observ. Theol. ad ψ. 21. n. 5.

F I N I S,



4
Fol 1291

ULB Halle


3

003 006 867



f
50







37
SPECIMEN
PRÆLECTIONUM PUBLICARUM
ANALYTICO-
PHILOLOGICO-
THEOLOGICUM


PROLIXIUS

In Caput IX. Genesis,
SISTENS

Rationem S. Literas ordinatè, solidè ac ad
Ædificationem in Fide tractandi,
Publicatum

à

JOH. HENRICO HOTTINGERO
S. Theologiæ Doctore, Professore
ac Pastore Heidelbergensi
Ordinario. ak



S P I R Æ, Typis Gustavi Rostii.

ANNO MDCCXXXII.